DESCRIPTIO GERMANIÆ VTRIVSQVE

Tam ſuperioris quàm inferioris:

Auctoribus

BILIBALDO PIRCKEIMERO

& cæteris quorum nomina ſequenti pagina continentur.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
M. D. LXXXV.

AVCTORES QVI præterea hoc libro continentur.

GERMANIAE *inferioris Hiſtoriæ & loca aliquot declarata*, *auctore* GERARDO NOVIOMAGO;

HER. COMITIS NVENARII *Breuis narratio De ſedibus & origine Francorum.*

HVBERTI THOMAE LEODII *De Tungris & Eburonibus.*

Seorſum verò excuſi,

PETRI DIVAEI *Louanienſis, De Galliæ Belgicæ antiquitatibus lib. I.*

H. NVENARII *De eadem Gallia Belgica Commentariolus.*

ABR. ORTELII & IOAN. VIVIANI *Itinerarium per nonnullas Galliæ Belgicæ partes.*

ILLVSTRI AC GE-
NEROSO DOMINO HE-
RIMANNO NEVENA-
RIO COMITI AC PRÆPOSITO
Colonienſi, &c. *Bilibaldus Pirckeymerus* S. D.

En tibi, Comes illuſtris, Germaniam noſtrā σκεπτικὴν, in qua nil certius affirmo, quàm quòd nihil ferè affirmo: attamen anſam fortaſſis tam tibi, quàm eruditis reliquis præbuero, vt exactius quàm nos fecimus, Germaniam noſtram illuſtrent. Quid enim abſurdius, quàm Germanos orbem deſcribere vniuerſum, patriam tamen interim propriam nequaquam ex obliuionis vindicare barathro? Proinde quòd Germaniam vltra Viſtulam & ad Tanaidem vſque extenderim, ex ſcriptorum priſcorum auctoritate feci, ac ideo calumniam paruipendo: nec Germanis vitio dari poterit, quòd tam latas amiſerint, ſeu potius reliquerint prouincias, quum pro cælo inclementi, aruiſque ſterilibus tam felices adepti ſunt regiones, veluti Gallias, Hiſpanias, imò Italiam ipſam; vt interim de Africa, ac quicquid in Aſia à populo illo actum eſt ſileatur. Hoc planè conſtat, ſi Germanis ob res magni-

fice geſtas pares eueniſſent ſcriptores, quòd nullis gentibus factis clariſſimis poſteriores fuiſſe legerentur. Cæterùm, quid tua parturiat generoſitas, auidè expectamus, quum illam nil niſi delicias parere ſciamus. Nos Ptolemæi librum primum, tam Græcè, quàm Latinè breui dabimus: inde & reliquos, adiunctis tabulis, ſi diuina conceſſerit bonitas, cum plerisque aliis ad Geographiæ cognitionem non minus neceſſariis, quàm iucundis. Tua interim bene valeat claritudo, & nos (vt facit) amare non deſinat. Nurenbergæ Kalendis Iulij. Anno ſalutis M. D. XXX.

GERMANIÆ EX VARIIS SCRIPTORIBVS PERBREVIS QVÆDAM EXPLICATIO.

ADmodum difficile eſt, veteris Germaniæ ſtatum ac conditionem explicare, non ſolùm ob priſcorum ſcriptorum incuriam, ſed quia ſerò tandem tota peragrata ac cognita eſt. etenim cùm veteres Germani bellis potius, quàm literis, operam impenderint; nil mirum, ſi res præclarè ab eis geſtæ interciderint, aut minus fideliter ab exteris relatæ ſint ſcriptoribus. Quid enim Græci præter fabulas de Germania ſcripſerunt? Romani verò, quoniam vbiq; ferè propriæ ſtuduerunt gloriæ, non tam geſta ſua maximis extulerunt laudibus, quàm incommoda à Germanis accepta callidè texerunt. Quis enim eorũ clades à Carbone, ſeu L. Caßio, aut Scauro Aurelio, vel Seruilio Cœpione, ſiue M. Manlio acceptas exactè recenſet? quas tamẽ breuißimè Tacitus refert, & Cæſar Caßium Conſulem occiſum, exercitum verò eius pulſum eſſe nequaquam dißimulat. Quin & nulla, præterquam Paterculi nuper inuenta extat hiſtoria, quæ Quintilij Vari cum legionibus internitionem explicat. Vnde non ab re ſuſpicari licet, tam Plinij de bellis Germanicis libros, quàm Cornelij ac aliorum ſcripta ab inuidis eſſe ſuppreſſa, ne Germanorum gloria plus æquo excelleret. Accedit quòd Romani & Græci ſcriptores vt plurimum ob ignorantiam locorum aberrarunt, non ſolùm ij, qui nunquam ad Germaniã acceſſerunt, ſed & qui res in illa geſſerunt. Cuius rei vel præcipuum documentum eſſe poteſt, quòd Cæſar flumen Scalde in Moſam influere ſcribit, ac Strabo Lupiam & Viſurgim ad Amaſium in vnum deferri refert.

accedit quòd & nomina gentium, locorum ac ciuitatum, vbiq́ ferè, ob pronunciationis difficultatem, deprauata ſunt & inuerſa. Demũ verò vniuerſalis Germanorũ tranſmigratio omnia confudit, ac ita perturbauit, vt in quibuſdam potius coniecturam ſequi neceſſe ſit, quàm quòd aliquid certi aſſeri poſſit: nihilominus tamen operam dabimus, vt breuiſſimè, & ſi nõ omnia, at quædam ſaltem loca tanquàm è cæcis eruamus tenebris, nil in hac re doctioribus præiudicantes; ſed libenter, vbi meliùs quàm nos ſenſerint, herbam porrigentes. Proinde licet ſcriptores plerumq; Germaniam à Gallia, per Rhenũ fluuium diuidi aſſerant, conſtat tamen Romanos eam quoq; prouinciam, quæ vltra Rhenum eſt, primam ac ſecundam adpellaſſe Germaniam: quod profectò minimè feciſſent, ſi Germanis quicquid vltra Rhenum eſt, auferre voluiſſent, qui pridem, ac ante Romanorum aduentum in Galliã tranſierant, illãq́ incolebant. Vnde & lingua et legibus à Gallis, vt Cæſar refert, differebant. Ab ea igitur Germaniæ parte initiũ faciemus, quæ vltra Danubiũ ſita, & à Romanis olim ſubacta eſt, indeq́ ad Rhenum ac inferiorem accedemus Germaniam, demumq́ ad Germaniã transgrediemur magnam. Verùm ſub initiũ hoc ſcire refert, Romanos Rhetiã, Vindeliciam & Noricũ ab Auguſti tempore vſq; ad Odoacris irruptionem, hoc eſt, per annos circiter quingentos, poſſediſſe, qui cùm Italiam occupaſſet, omnes fere Romani nominis incolas in Italiam reduxit, ne irruentibus Germanis cederent in prædam.

RHETIA.

RHETIÆ *igitur nomine continebatur olim. quicquid terrarũ inter Rheni fontes, necnon montẽ Adulam & Aenum fluuium iuxta Alpes continetur. præterea inter Danubium & Italiam, Veronam vſque et Comum; ita vt & Alpes, qui nunc Curienſes & Atheſini vocantur, Tridẽtini, Tyrolenſes quoque,*

& Oeni

Oeni Vallis incolæ, omnes ſub Rhetorũ nomine comprehēdetur, excepta Vindelicia, quæ proprium eſt ſortita nomen. nc Rhetiam licet iam multi ac varij inhabitent populi, mane verò Alpeſtres ac Sueui, illaq́; pluribus et varijs ornata iuitatibus, pauciſſiméque tamen Romanæ antiquitatis reit veſtigia, licet aliqua ſuperſint, & primum

Iuxta Rhenum & non longè ab illius fontibus,

ria	Cur. *certum.*
getium	Bregnitz. *certum.*
lavio	Brixen.
ſiacum	Fueſſen. *certum.*
treio	Matran. *certum.*
npodunum	Kempten. *certum.*

IVXTA *Danubium verò:*

getium	Stulingen.
codurum.	Pfulendorff.
acuina	Ehingen.
na	Weyſenhorn.
niana	Laubing.

IN MEDITERRANEIS:

uſomagus	Memmingen.
tronemanice	Mundelheym.
odunum	Rietling.
Flauia	Nordling. *vel potius* Heydenheym.
ſiana	Giengen.
imoens	Werd. *con. Vel Eyſtauia, aut Albus burgus*

Et hæc omnia coniecturaliter.

VINDELICIA.

Vindelicia adhæret Rhetiæ, vel potius illi incluſa eſt; terminur autē ab ortu flumine Aeno, à meridie Alpibus, ab occaſu o fluuio, à Septētrionib. Danubio. hāc iam potiſſimum incot Bauari tũ inferiores tum ſuperiores. Iuxta Licũ verò Sue-

uorum pars. Strabo Licatios ſeu Clautenatios & Venones inter Vindelicos fortiſſimos eſſe dicit. Ciuitates autem antiquæ in illa ſunt: Auguſta Vindelicorum Augſburg. *certum.*

Damaſia	Dieſſen, *cert. iuxta lacum Ambræ.*
Ambra	Amper, *apud lacum & fluuium eiuſdem nominis. certum.*
Parthanum	Partenkirch. *certum.*
Inutrium	Mittem Wald. *certum.*
Cambodunum	Kemmat. *certum.*
Pontes Scaphoni	Scheffelern. *nunc monaſterium ſuper fluuio Iſara. certum.*
Carrodunum	Kreynburg. *iuxta* VVaſſerburg. *cer.*
Vallatum	Feilenbach. *certum.*
Fruxinum	Freyſing. *certum.*
Iſniſca	Iſen, *iuxta Friſingam.*
Mocenia	Motzing, *certum.*
Piſonium	Wiſchelburg, *certum, inter Straubingam &* Deckendorff.
Medullum	Melding *apud* Muldorff. *certum.*
Atilia	Altenburg, *certum. non longè à* Neu*burgo iuxta Danubium.*
Cæſarea	Geſchnig, *certum: non longè ab Ingolſtadio.*
Sumuntorio	Hohenwarth, *monaſterium. certum.*
Abudiacum Danubianum.	Abach, *certum.*
Auriſium	Got, *certum.*
Abuſina	Abenſperg, *certum.*
Epona	Epenburg. *certum. ſupra nouam ciuitatem.*
Artobriga iam Deltenburg,	*Monaſterium ſupra Ratiſponam; certiſſimum ex magnis ædificiorum ruinis.*
Abudiacum	Happing. *iuxta* Roſenheym.

Tiguri-

urina metropolis Norici, vel Auguſta Tyberij, ſeu Regino. Regenſpurg, certum.

...gium	Rocking non longè à Ratiſpona.
...era caſtra	Pfeteren.
...guſta Acilia	Straubing, nempe ciuitas antiqua, quæ & hodie Azelburg vocatur, certum.

...intianis vel Quintianorum Colonia, Runtzing iuxta Filshouen, certiſsimum.

Boeodurum vel Bocodurum, vel Bolodurum, vel Batabis, ...lemæo Poedicum. Paſſau. certiſ. propter confluentiam ...ni in Danubium.

NORICVM.

Noricum incipit ab Aeno fluuio, protenditurq́, ad ortum ...nnoniam vſque ſuperiorem, à meridie autem terminatur ...nte Caruanca, & Alpibus Noricis, ad Italiam vſque: à Se...ntrionibus autem Danubio: nunc verò inhabitant occaſum ...ſus Bauari. Ad ortum autem eſt prouincia, quæ Ens ex flu... Anaſsi nomine vocatur, & Auſtriæ pars, ad meridiem au...n Styria. In Alpibus verò habitant Carnici, partimq́, Croa... gens Sclauonica, comprehenditurq́, Norici nomine Comita... Goricenſis & Zilienſis, regionesq́, adiacentes.

CIVITATES IN NORICO.

...ntes Oeni	Oeting. certum.
...daio	Laufen, coniectur.
...edacum	Burckhauſen. coniectur.
...uauium	Saltzburg, certum.
...urnia vel Berunum.	Pernau, certum. apud lacum Remſee.
...redata	Lintz. coniectur.
...amanodurum	Braunau. coniectur.
...uilabis	Lambach. monaſterium iam ſuper flumen Ens. certum.

Lauriacum Lorch: *Monaſterium iuxta ciuitatem Ens. certum.*
Geſſodunum Jps.
Claudionum Melck. *certum.*
Cetio Zepſſelmaur.
Auguntum Neuenſtat, *vel propè: quia nomen repugnat.*
Vacorium, vel vt aliqui putant, Sacarbantia Gretz. *con.*
Pedicum Pruck. *ſuper flumen Mura. con.*
Virunnum Judenburg. *con.*
Zelia Cili. *certum.*
Iulium Carnicum Villach. *certum.*

PANNONIA SVPERIOR.

Pannonia terminatur ab occaſu Norico, *ab ortu verò Pannonia inferiori, à meridie parte Iſtriæ ac Illyridis, à Septentrionibus autem Danubio. Nunc verò illam inhabitant Auſtriæ populi, ac Styri, nec non Sclauorum gentes Croati & Carni.*

IN EA SVNT CIVITATES:

Iuliobona uel Vindobona, ſeu Vindomana, aut Fauianis Vienna *certum.*
Sabaria, colonia diui Claudij. Stain am Anger. *certum.*
Carnus Preſpurg. *con.*
Muriola Mureck. *con.*
Bregetium Rab. *certum. propter confluentiam Rabonis vel Arabonis in Danubium.*
Carnunto Peternell. *coniect.*
Petouium ſiue Patauium Petau. *certiſſimum.*
Nouidurum Lepbach. *coniect.*
Et ſub Norico Pannoniæ, Emona Clemona. *certum.*

PANNONIA INFERIOR.

Habitatur iam ab Hungaris, Sclauis, Siculis, Iazygibus,
Hunis

nis, Cunus, Septem caſtrenſibus Germanus, & pleriſque
s nationibus, Hungari tamen prædominantur.

CIVITATES EIVS:

iundria	Agran. *coniect.*
inum	Ofen, *con.*
itoburgium	Senna Erdet, *certum. propter confluentiam Dari in Danubium.*
latis	Bilach. *certum.*
nium	Dimach. *certum.*
urunum	*Alba Græca. certum. propter confluentiam Danubij & Saui.*
rmonactus	Kilia, *coniect.*
ugnia	Clauſenburg. *coniect.*

rmis Gethuſa, domus venationis Zarmidis regis, nunc Co-
a apud Septem caſtra.

Reliqua propter variarum gentium incurſiones coniectore
igent.

Nunc verò tranſcenſo Rheno ad Heluetios perueniamus, li-
Heluetiorum deſerta in Ciſrhenana ponantur regione.

HELVETII.

Heluetiorum nomine continebatur quicquid nunc Suiten-
& confœderati poſſident, Rauracos vſque & Baſileam.

CIVITATES HORVM:

Lacus Brigantinus, in quem Rhenus influit, nunc lacus
nſtantiæ eſt, hunc Ceretos & Vindelicos Strabo attin-
e refert.

bor felix	Arben. *certum.*
immodurum	*Conſtantia. coniect.*
odurum	Winterduer. *certum.*
regum, vel pagus Tigurinus,	Zurich. *certum.*
ianticum	Bibelſpurg. *certum.*
laturum	Solotorn. *certum.*

Vindo-

Vindoniſſa, vel Vindonis Windiſch, *apud monaſteriū* Kungſfelden, *in quo eſt ſepultura Comitum de* Habſpurg. *certum.*

Et verſus Sequanos & Heduos, nunc Burgundiam & Lotharingiam.

Viſontium Biſants, *certum.*

Tollium Doll, *certum.*

Naſium Nanſe, *certum.*

Poſt Heluetios habitabant Raurici, quorum caput Augusta Rauricorum Augſt, *pagus nunc ſupra Baſileam miliare unum. certum.*

Baſilea, creuit hæc ex ruinis Auguſtæ, Baſel. *certum.*

Strabo deinde Mediomatrices ponit: poſt quas Tribochi eam tenebant terram, quæ nunc Alſatia dicitur, ad Sequanos vſque & Hunorum tergum. Siquidem dum Huni rerum potirentur, quicquid ad ortum poſſidebant, Oſterreich *nominabant; quicquid autem ad occidentem,* Weſterreich. *His Strabo Triuſgros adiacere refert, apud quos tum temporis Romani Imperatores pontem ſupra Rhenum ædificabant.*

Monte Briſiaco, *vel Breucomagus,* Brepſach. *certum.*

Argentoratum Straſburg. *certum.*

Tabernæ Sabern.

Non deſunt qui Argentoariam Colmar, *Elcebum verò* Schletſtadt *eſſe putant, ſed falluntur: nam ſupra Rheni ripam Argentoaria & Elcebus erant.*

Sequuntur Vangiones nunc Spirenſes. quamuis vſus obtinuit, vt Vangiones Wormatienſes, Nemeti verò Spirenſes dicantur, ſed præpoſtere.

Berbetomagus Speyr. *coniect.*

Ptolemæus verò Argentoratum Vangionibus attribuit.

Hærebant his Nemeti, quorum fines ad Treuiros vſque extendebantur.

CIVITATES CVIUS

iiana Wurms.

nagus Oppenheym, *rel Spira potius.*

uamuis non deſint, qui Rufinianam Speyr, *Neomagum* Wurms *eſſe putant, Bauconiam autem* Oppenheym.

is iuncti erant Treuiri occidentem verſus, quorum olim ſi-atiſsimi erãt: nam à Rheno ad Mediomatrices vſq; exten-ntur, pariter & ad Menapios & Moſam, ita vt quicquid à Moguntiaco per Treuirenſis epiſcopi ditionem & Mo-montes, ſeu Obrinci tractum, ad Arduennam, & vltra, non quicquid per prouinciam nunc Weyſterreych *& Lu-rgium continetur, id omne Treuirenſis erat ditionis.*

CIVITATES *verò iuxta Rhenum ſunt:*

ontiacum Mentz. *certum.*

gium vel Vingio, hic Naus fluuius in Rhenum exit.

Pingen. *certum.*

io Traiana Drechſhuſen, *quaſi Traiani domus.*

uia, aliàs Ficelia Oberweſel, *ibi caſa & ſepulta eſt Mammæa mater Alexandri Imp. certum.*

obriga Boparten. *certum.*

fluentes Coblents. *ibi Rigodolum eſt oppidum miano: quamuis etiam non longè à Treuirorum Auguſta us ſit, qui hodie quoque* Rigol *appellatur.*

Et hic erat limes Germaniæ ſuperioris, quem Obrincus flu-dirimebat. Inde Germania ſequebatur inferior.

IN MEDITERRANEIS *autem ciuitates:*

guſta Treuirorum Trier. *certum.*

uomagum ſuperius, Nimag *pagus circa* Bercaſtel.

ties Sarni Sarpruckh. *certum.*

ET VERSVS *Mediomatrices:*

roçortorum, Arencort, *iuxta portum S. Nicolai.*

tricorum, ſiue Dinodurum. Diedenhouen. *in ripa Moſellæ*

à Francis

à Francis Theodonis villa vocata, regia Caroli magni, cert.

Cæterùm non parua eſt diſceptatio, quis ſit fluuius Obrincus, quem Ptolemæus ſupra Moguntiacum ſtatuit. Quidam enim illum Naum, qui iuxta Bingium in Rhenum defluit, eſſe putant. Alij etiam Rhenum tranſgreßi, Mœnum eſſe cenſent; ſed proculdubio Moſella eſt, licet Ptolemæus in eius ſitu (forſitan ex aliorum relatione) deceptus videri poteſt. Equidem ſi Naus eſſet, ſequeretur, quod Moſella penitus à Ptolemæo fuiſſet obmiſſa; quod planè incredibile eſt, quod fluuius adeò inſignis fuiſſet neglectus, & longè minor, Naus nempè, recenſitus, qui & ipſe non ſupra, ſed infra Moguntiacum labitur. Mœnum verò per Obrincum deſignari, planè ineptum videri poteſt, quòd in deſcriptione ſuperioris & inferioris Germaniæ, tranſcenſo Rheno, Mœnus deſcribi & quaſi humeris vltra Rhenum tranſportari deberet.

Ripuarij dicti ſunt, qui in Treuiris ad Moſellæ habitarunt ripam, necnon inter Moſellam, Rhenum ac Moſam, à Francis Ripuaria vocata eſt Neuſtria & Auſtraſia.

A confluentibus verò Vbiorum incipiebat ditio, quorum fines ob fidem egregiam, mirum in modum à Romanis fuere auctæ: traduxit hos Agrippa ad ripam vlteriorem, ſed non inuitos, vt Strabo ait. HORVM *vrbes erant:*

Autunaco vel Autiniacum. ſed forſitan potius in Treueris, quàm Vbijs eſt ponendum.	Andernach. *certum. ibi conditum eſt corpus Valentiniani Imperatoris.*
Rigomagus, hic Arar Rhenum influit.	Reyn megen. *certum.*
Bonna	*Bon. certum. ex cuius oppoſito Geneſia eſt, vbi Druſus, teſte Floro, Rhenum ponte coniunxit.*
Agrippinenſis Colonia,	*Colonia. certum. Vbiorum caput.*

Noueſium

ueſium Tacitus in Le- Neuſz. certum.
gnis, quemadmodum &
Geldubam eſſe ſcribit.

ET IN *Mediterraneis:*

rcodurum Duren. certum.
romagus Durmegen. certum.
acum Julich. certum.
ioualum ad Me- Ach. vel prope. certum.
iapios pertinebat
potius, quàm Vbios.
godunum Seuenburg.

Gelduba nunc diruta, pagus adhuc vocatur Gelb, ta arcem Linem Epiſcopi Colonienſis.

Vbijs verſus occidentem hærebant Menapij, quorum fines latißimi erant, ad Caſtellum enim protẽdebatur oppidum, que ſub ditione eorum tractus ille, qui iuxta montes ſunt, s nunc Eyſliam *adpellamus, ac quicquid inde eſt vſque ad rinorum terminos, nec non Comitatus Namurciæ, Ducatus aburgenſis &* Falkenburg, *ac trans flumen Moſam pars nnoniæ ad Picardiam vſque & Eburones. Habitarunt enim anq; Moſæ ripam authore Caſare & Tacito. Paludes verò napiorum, quorum & Strabo meminit, inter Eyſliam & nburgenſem ſunt Ducatum, regio hodie Alta palus vocata, ninibus ferè inacceſſa, & vix ſtructis quibuſdam ſemitis meabiles. ſunt & circa Geldriæ confinia Menapiorum udes in ea regione, quæ hodie vocatur,* die Vogtey von eldern, *iuxta* Venlo & Kempen. *Strabo hos nouißi-s ad vtramque fluminis ripam eſſe dicit.*

Menapijs adhærebant Morini, quorum portus Geſſoriacum nc Cales.

ſtellum. Keſſel. *iuxta Moſam oppidum dirutum.*
ganum *oppidum non*
procul à

procul à Caſtello	Wagenheym.
Tongeren *ciuitas.*	
Namurcum.	Namur.
Leodium	Luticħ.
Atuacum vel Atuacutum,	Maſdricht. *certum.*
Samobrina	*Cameracum. certum. vel potius S. Quintinus.*
Taruana	Terwan. *certum.*
Tornacum	Tornach. *certum.*
Geſſoriacum nauale	Gent.,*certum.*
Lugodunum	Worckum, *vel Mons S. Gertrudis.*
Icius portus, vel Geſſoriacum,	Cales. *certum.*

Deinde Batauorum ſequebatur regio: obtinebant autem Batavi quicquid à ſectione Rheni inter Moſam & Rheni comprehendebatur oſtia. Cæterùm hoc prætereundum non eſt, quòd licet Ptolemæus tria Rheni ponat oſtia, Tacitus tamen niſi duorum mentionem facit: vnum, vbi Moſæ cõmiſcetur, & Vahalis vocatur. Alterum verò, qua Germaniam prauehitur, donec Oceano miſceatur. Strabo quoque duo oſtia Rheni ab Aſinio tradi refert, eosq́; accuſandos, qui plura dicunt. idémque Pomponius Mela ſentire videtur. Noſtro autem æuo tria Rheni oſtia eſſe ſcimus, quorum tertium Iſula vocatur. Vtrum igitur tertium illud Taciti tempore haud fuerit, ſed poſteriore eruperit tempore, indagatione nequaquam indignum videtur. Duæ namque iam Inſulæ inter Rheni ſunt oſtia, Batauorum & Caninefatum, quorum altera Velania dicta eſt. Retinet & tertium oſtium Inſulæ nomen. eſtq́; regio ea pars Geldriæ, & diœceſis Traiectenſis, nuncq́; Inſula ſuperior appellatur: comprehenditur & magna pars Hollandiæ ſub Batauia, necnon ea terræ portio, quæ patrum noſtrorum ætate ab Oceano eſt ſubmerſa. Tacitus Batauos virtute inter Germanos fuiſſe præcipuos refert, & Chattorum olim populum, ob ſeditionem

em in eas ſedes tranſgreſſos. Proinde licet Batauia hoc pore multis ornata ſit ciuitatibus, paucis tamen antiqua anent nomina, ex quibus ſunt:

iectum quod inferius ıppellatur, nunc	Vtricht. certum.
tus Manarmanis vel Naualia	Campen. certum.
era	Santen. certum.
eriacum, non longe à Santen.	Berick. quamuis aliqui putent Tiberiacum inter Coloniam et Iuliacum eſſe ſitum, & forſitã eſſe Berghepm.
ıganum, quod retinet nomen antiquum.	Bagenhepm, ibi habitabant Arenatij.
eomagus	Neumegen.
olonia Traiana	Kepſers-werd.
alkiaci	Calcar. Tacitus.

Tametſi ciuitates iſtæ ſupra Inſulam Batauorum ſunt ſitæ, r ad Belgas pertinebant.

Inde per miliaria duo diſtabat Batouodurum, nunc penitus xciſum, extat tamen arx nomine Battenberg.

Dorderacum præterea & Briel hodie portus admodum amoſi ſunt.

Poſt Batauos & vltra Rhenum Buſactori parui, quos quidam Bructeros eſſe volunt, à Ptolemæo ponuntur: tenebant ij eàm Germaniæ terram, quæ iuxta Rhenum eſt, & verſus Boream tendit, hodie Phriſiæ pars eſt. Horum iam vrbes ſunt: Dauantria Deuenter. Suollis Suol.

Inter Buſactores & Phriſios Vidrus fluit fluuius, ac in mare exit Phriſium, hodie Nigra adpellatur vnda, eſtq́; nauigabilis.

Supra hos iuxta Rhenum habitabant Sycambri, à quibus Franci ortum ſumpſere; quod quidem multis argumentis oſtendi poteſt: nugentur Gallici ſcriptores quicquid velint, de Troia-

B nagen-

na gentis origine, & ciuitate illa magna Sycambria adpellata, meris mendacijs cōſtructa: omnia enim illa fabuloſa exiſtunt. Horum pars ſub Octauiano Cæſare in citeriorem Rheni tranſlata eſt ripam; qui verò remanſerunt poſteriori tempore Franci ſunt dicti, & eam occuparūt terram, quæ hodie adpellatur Frāconia, ſeu Francia orientalis, vnde & per Francfordiam, hoc eſt, Francorum Traiectum, Galliam inuaſerunt, quam & hodie tenent. Horum ciuitas erat Aſciburgiūm, nunc Aſpuech *locus ruinis tectus, terra verò illa Montenſis nunc ditionis eſt.*

Poſt hos Sueui habitabant Longobardi, hodie pars Marchiæ comitatus, & Montenſis ducatus terra illa fuiſſe videtur. Per horum & Sycambrorum terram tria labuntur flumina, quæ omnia in Rhenum exonerant. Luppia die Lipp, *quæ apud Weſaliam cum Rheno commiſcetur, extatq́ hodie caſtellum ſuper illius ripam à Romanis fundatum, Lupia nomine, ac* Ter-lipp *vocatur. Secundus amnis Rura, hoc eſt,* die Roer *appellatur, in Cattorum montibus ortum ſumens, ac in Rhenum iuxtà* Roerhort *influens Adranus, vt conijcturare licet, à Tacito vocatus. Tertius fluuius Angra, hoc eſt,* der Hanger, *& apud* Hangerhort *Rheno admiſcetur.*

Poſtea Tengeri degebant & Ingriones, inter Rhenum & montes, vbi hodie pars Haſſiæ cum Rheno coniungitur, dicta der Hochrug, *ditiones comitum de Naſſau* Kunigſtein *&c. Wederauia, & Sylua occidentalis, hoc eſt,* der weſterwald, *Francfordiam vſque. Per horum fines inſignis labitur fluuius, qui magnam Haſſiæ partem interluit, Lona nomine, ac iuxta oppidum* Lonſteyn *in Rhenum exit: quidam Luppiam eſſe voluerunt, ſed falluntur; nam Luppia hodie nomen ſuum retinet, ac longiſſimo ſpacio infra Lonam in Rhenum labitur, & ideò dubium eſt, num Lona Romanis ſcriptoribus cognita fuerit. Tacitus Tengeris equeſtris diſciplinæ laudem tribuit; quemadmodum Cattis pedeſtris.*

Poſtea erant Intuergi, vbi hodie eſt ditio Palatini, Heydel-
ƀerg, & Berckſtraſʒ. *His iuncti erant Vargiones, vbi nunc*
ranconia, quæ orientalis vocatur, eſſe putatur, cum Diœceſi
Virtsburgenſi.

Sequebantur Charitini, nunc Ducatus Wirtenburgenſis,
um adiacente ſibi Sueuiæ parte.

Sub his erant Veſpi, hodie Marchionatus eſt Badenſis, cum
rouincia, quam Priſgaudiam vocant.

Inde Heluetiorum erant deſerta, nunc Sylua nigra, cum
gionibus ſibi annexis.

Iuxta Oceanum verò ſupra Buſactores Phriſij colebant,
um occidentales quàm orientales, gens hodie longiſſimè pro-
nſa, non ſolùm enim vſq; ad Amaſium protenditur fluuium,
Ptolemæus refert, ſed ad Albim vſque pertingit: in horum
nibus Amaſius vel Hamaſia, qui die Ems, *in Oceanum exit.*
orum hodie vrbes ſunt:

eberden.

Gʒoningen *ciuitas inſignis.* Embden.

habiranum Bʒemen. *coniect. vel Tecelia.*

Supra hos colebant Cauchi, qui appellabantur parui, vſque
d flumẽ Viſurgim. Deinde ad Albim vſque Cauchi habitabant
aiores, nunc Saxoniæ pars ac Ducatus Lunenburgenſis eſſe
nſetur, necnon Epiſcopatus Bremenſis & Hildesheymenſis.
acitus hos ad Chatos vſque deducit, ac inter Germanos no-
iliſſimos vocat, & ſingulari iuſtitia excellere ſcribit.

Deinde ad collum Cimbricæ Cherſoneſus Saxones, quem-
dmodum & nunc, habitabant.

Ciuitates eorum hodie ſunt:

reua Heymburg *coniect.*

irimeris Lubeck. *ciuitas inſignis, vel* Mul-
heym. *coniectur. quia* Lubeck *nouiter eſt condita.*

eupbona Mollen, *vel* Hanofer. *coniectura.*

B 2 Sequitur

Sequitur Cherſoneſus Cymbrica, quæ hodie eſt ducatus Holſatiæ & Schleſuicenſis, habet nunc epiſcopatum Schleſuicēſem, Ripenſem, Viborgēſem, & Archuſienſem. Ciuitates verò quàm plures, veluti Haders-leuen, Flenſporg, Schleſwick *&c. Plinius Cymbris mediterraneos quoque adiungit Cymbros.*

Poſt Saxones à Chaluſo amne, qui hodie Drauenna eſſe cenſetur, ad flumen Sueuum, nunc die Spꝛe, *habitabant Pharodini; horum ciuitates erant,*

Laciburgium	Sund *.coniect. Sunt qui* Roſtock *putent.*
Aliſus	Neu Bꝛandenburg. *con.*
Wiſmer	
Mollen	

Roſtock. *Ciuitates nouæ à Sorabis Sclauis conditæ. Nunc terra illa Saxoniæ, & ducatus Megaloburgēſis pars eſt. Hunc totum tractum maritimum, ad Viſtulam vſq; cum magna parte prouinciarū mediterraneorum, olim Sclauini, Sorabes, ac Viltzi occuparunt, cum quibus & Carolus Magnus, ac Daniæ poſtea reges multa geſſerunt bella. ab ijs maior pars ciuitatum, quæ nunc florent, eſt condita. Superſunt adhuc reliquiæ illorum, magna gens, & planè miſera, ac contempta, ab omnibusq; oppreſſa.*

Sueuus verò fluuius iuxta ciuitatem Sundenſem in mare exonerat Germanicum, quæ Marionis altera cenſetur.

Deinde erant Sideni ad Viadum ſeu Gutadum vſque fluuium, qui hodie eſt Odera, amnis inſignis, & qui nō minorem ſuſcipit fluuium Neuſſam nomine, ac iuxta Caminum ciuitatem Epiſcopalem in mare exit Germanicum, hodie pars eſt ducatus Megaloburgenſis, ac Stetinenſis. Ciuitates verò ibi ſunt,

Limoſaleum	*Lebus.*
Iouincium	Bernau
Virunum	Angermund *.coniect.*
Stetin ciuitas.	

Gripſvual-

Gripſvvaldia, nunc ciuitates inſignes.

Sub his Rutichij incolebant ad Viſtulam vſque hodie ie Weyxel.

	Ciuitates horum ſunt:
ugium	*Camin. certum, propter exonerationem Viadi.*
turgun	*Graudnitz. coniectura.*
olperg.	Stolpe.
ouenburg.	

Vltra verò Viadum, hodie ducatus eſt Pomeraniæ, & ditio ntiquorum Ducum Saxoniæ, qui adpellatur de Louenburg. *t iuxta exonerationem Viſtulæ in mare Dantiſcum, hodie mporium celebratum.*

Internarum autem gentium maximam eſſe Sueuorum Anllorum Ptolemæus ſcribit: hi fuere qui poſterioribus tempobus Inſulam Britanniam, nunc ab illis Angliam dictam ocparunt: erant hi magis orientales Sueuis Longobardis, qui ſtea in Italia conſederunt. hos Tacitus paucos, ſed nobiles & llicoſos eſſe ſcribit.

Iuxta erant Sueui Semnones, vbi nunc eſt Marchia Brannburgenſis dicta, & ad Albim vſque protendebantur, ac vla illum etiam habitabant, vſque ad Sueuum fluuium. Hi poea omnes populariter demigrarunt, ita vt nec veſtigium vllum ueuorum ibi remanſerit.

Poſt hos gens erat Burguntorum. Plinius Burgundiones cat, qui & ipſi emigrantes in Gallia conſederunt. Vnde & ab rum nomine Burgundia adpellatur.

Cæterùm inter Cauchos paruos atq; Sueuos incolebant Buſctores maiores, & ſub his Chemæ, & deinde Angriuarij, quoim reliquiæ hodie quoq; ſuperſunt. Epiſcopúsque Colonienſis Ducem Angriuariorum adpellat: nũc Oſtphali & Beſtphali degunt, & Monaſterienſis, nec non Badenbornenſis & Bre-

menſis eſt epiſcopatus. Vltra Viſurgim verò epiſcopatus Hildesheymenſis, et comitatus Rauenſpurgenſis, vbi poſteriori tempore habitarunt Nortmani, qui Galliam vehementer afflixerunt, & id ex vetuſto Germanico auctore diſci poteſt, qui ſe ex ea gente originem habere gloriatur, quicquid de his ſomnient ſcriptores Gallici, & eos à Dania veniſſe autument: Angriuarios & Chamannos à tergo Dulgibinis & Caſuarijs claudi, Tacitus ſcribit, à fronte autem Phriſijs excipi. Per Weſtphaliam Amiſus fluit amnis inſignis, ac in mare Phriſium iuxta Emdam labitur. In hoc Druſus Bructeros naualı vicit prælio, Strabo Hamaſiam adpellat.

Ciuitates verò eorùm ſunt:

Mediolanum	*Monaſterium. coniect.*
Teuderium	Paderborn. *coniect.*
Siatuanda	Oſenbruck. *coniect.*

Et vltra Viſurgim ducatus Brunſuicenſis.

Hildesheymenſis ciuitas.

Tuliſurgium	Brunſuick. *coniect.*

Poſtea erant Lacobardi; ſub quibus Dulingi, vbi nunc eſt Marchia antiqua, & epiſcopatus Meydeburgenſis.

Ciuitates verò ſunt:

Meſouium	Meydburg, *vel* Melden.

Halberſtadienſis epiſcopatus.

Inter Saxones & Sueuos Teutonari & Virunni erant. Horum ciuitates nunc:

Treua	Hauelburg. *coniect. ciuitas & Epiſcopatus.*

Welſenach.

Poſtea Teutones & Anarpi. Quorum ciuitates nunc ſunt: Berlin & Brandenburgenſis ciuitas.

Inter Rutichios autem & Burguntos habitabant Elueones. Horum ciuitates nunc ſunt:

Scurgum

rgum. Graudnitz. *coniect.*

aricadis Tozen. *coniect.*

Sub Semnonibus habitabant Ilingæ. Nunc pars eſt Lauſiæ.

Sub Burguntis autem Luti Omani, & Luti Diduni, vbi nc eſt Stargardia in Pomerania.

Sub Ilingis ex vtraque parte Albis degebant Calucones. i nunc eſt Hertsperg, *& pars Miſniæ circa* Serbſt.

Cheruſci inter Albim fluuium habitabant, & Viſurgim, dinebanturq́; ab Angriuarijs, vt Tacitus ſcribit, lato aggere, em illi extulerant, quo à Cheruſcis dirimerentur, & quum ruſus Germanicus Cheruſcos adgreſſus fuiſſet, Arminius cũ is trans Viſurgim inſtructa acie ſtetit. is enim Romanos & heruſcos interfluebat. Vnde planè conſtat, Cheruſcos eam inbitaſſe terram, quæ hodie Saxoniæ pars eſt, cum Duringia niuerſa. Saltum verò Teutoburgenſem, in quo Varus cum omanis legionibus caſus eſt, haud procul ab Amiſia, teſte acito, abfuiſſe conſtat. Druſi verò Trophæa, Ptolemæus quai ad ortum Viſurgis ponere videtur. Id ſi verum eſt, circa Fulenſe fuerunt monaſterium. Nam & Strabo refert Druſum, uum inter Salam fluuium & Rhenum belligeraret, oppetijſſe.

Camanni autem eam tenebant terram, quæ nunc eſt Miſnia, vſque ad Melibochum montem.

Verſus ortum autem Albis habitabant Benochemæ, circa Cotowitz *&* Dreſen.

Supra hos erant Batini, vbi nunc eſt ducatus Sagenſis.

Et adhuc ſuper hos habitabant Corconti ſub monte Aſciburgio, ibi hodie Gerlits *eſt, &* Pautzen, *cum reliquis ciuitatibus, vſq; ad Poloniam.*

Luti Buri verò vſque ad Viſtulam protendebantur, hodie Schleſia eſt, vbi & Bratislauienſis ciuitas, quæ Budorgis cenſetur, & Polonia pars, vſque ad fluuium Viſtulam.

B 4 *Inde*

Inde Sidones erant, vbi nunc ducatus Oppolenſis: Poſtea Cogni, vbi hodie ducatus eſt Teſchenſis.

Demum verò Viſburgij ſupra ſyluam Hercyniam, nunc pars eſt Morauiæ circa ciuitatem Olmicenſem.

Rurſus ſupra Sueuos, Ptolemæus Caſuarios, Nertereanos, & Danduros ponit, ibi forſitan, vbi hodie ditio Comitū de Hennenberg *eſt, & regiones quæ vocantur* Puchen, *&* Ron. *cum ciuitatibus Smalcaldia, Koberga, Egra, & reliquis.*

Sub his autem Turones & Martungi colebant, forſitan, vbi hodie ea regio eſt, quæ vocatur Palatinatus ſuperior, circa Ambergam, vſque ad ſyluam Bohemorum. Verùm hic nil certi affirmamus.

Iterum ſub Camanis Cathæ, ſiue vt Tacitus adpellat Cati, Cheruſcis ad occaſum contigui fuere ac propinqui. nam, vt Tacitus ſcribit, cùm Druſus ex improuiſo Chattos inuaſiſſet, Cheruſcis in animo fuiſſe vt Chattos iuuarent: ſed à Cecinna prohibitos eſſe. Quapropter abſq; dubio patet Chattos vicinos fuiſſe Cheruſcis, & eam habitaſſe prouinciā, quæ hodie eſt Haſſia: nam, vt Cornelius inquit, apud illos colles rareſcere incipiunt, nec terra adeò paluſtris eſt, quēadmodum in Germania inferiori. Hi ſuccedente tempore Cheruſcos ſubegerunt, indeq; cum Hermmiduris ob Salis flumen contendentes, penitus cæſi fuerunt, quum victores diuerſam aciem, Marti & Mercurio ſacraſſent, & forſitan ob illas Salis fontes pugnatum eſt, qui hodie apud Hallenſes in Miſnia cernuntur.

Horum ciuitas erat Stereontium Caſſel. *coniecturaliter.*

Pheugarum, Marpurg *con. Tacitus refert Matium caput genti fuiſſe, quam & ſummis laudibus attollit.*

Supra Catthos habitabant Tubanti. hodie ea regio Effeld *cenſetur, &* Syluahartz.

Inde ad Sudetos montes erant Theurochemæ, iam Foytlandia eſſe putatur.

At ſub montibus erant Variſci, vbi nunc ciuitas eſt Babe-enſis, & montana, quæ Babenbergenſia vocantur, cum dis Holfeld, Kulmbach, Peyrreut, Hof.

Cæterùm nec hoc prætereundum in hac regione montem eſ-iniferum dictum, ex quo quatuor inſignia & nauigabilia ntur flumina, quæ ad quatuor mundi tendunt plagas.

ra enim ad ortum fluit, & in Bohemia cum Albi miſcetur.

Nabus verſus Auſtrum fluens, in Danubium tandem exit.

a autem ad Septentriones labens, & ipſa ab Albi excipitur.

nus verò verſus occaſum in Rhenum exonerat.

Sub Martungis erant Curiones, inde Chetuari & Parme ipi, vbi hodie Auſtriæ pars eſt Cis-Danubiana, iuxta ems, Znaem, *&* Niclaſpurg.

Inde habitabant Marcomanni, hodie regio illa Morauia eſt, ſe ad Sudinos extendebat, & Danubium vſq; vbi hodie itas eſt Preſpurgium. Geſſit hæc gens maxima bella cum manis, præcipuè Antoninorum tempore.

Ciuitates nunc habet inſignes Olmicenſem, Eburum, for-ſis & Brunenſem.

Sub ſylua autem Hercynia Quadi erant, vbi nunc ſunt op-la Kam, Kalmuntz, Grafenau, vſq; ad Lunam ſyluam, ud quos vt olim, hodie quoque ferri perducat minera.

Sub ſylua verò Luna, ſeu potiùs inter ſyluam Lunam, gens agna erat Baemorum, qui & Boiohæmi vocabantur, ac vn-q; claudebãtur ſyluis. Eam regionem Morabudus obtinebat, omanis olim bellis clarus. ſub quo tum, vt Tacitus refert, ueuicæ etiã gentes, Semnones et Longabardi, necnon Marco-ãni erant, ad quos ab Arminio pugna deuictus cõceſſit. Verùm clauinorum poſtea gens, cum multitudine ſua totam ferè in-ndaret Europam, eam inuaſit terram, ac expulſis veteribus olonis vniuerſam occupauit, & licet illi hodie quoque Bohemi ocentur, nequaquam tamen Germanica, ſed Sclauonica

vtuntur lingua, quæ & veterem illorum redarguit originem, nunc in regni formam eſt redacta, ac multis vrbibus inſignita, diues frumenti, pecoris, piſcium ac minerarum, admodumq́ populoſa, necnon potentiſsimis Baronibus magnaq́ nobilitate decorata: huius regionis ciuitates eſſe cenſentur, Coridorgis & Mediolanium, forſitan nunc Praga & Pilſa. Hi hodie ad Danubium ferè extenduntur, ac ideò Teracatrias & Racatas quoque occuparunt.

Proinde plures alias Germanicas gentes Tacitus ponit, inter quas & Marſos recenſet. Scribit enim quum Druſus Germanicus Marſos adoriretur, quas & magna clade affecit, quòd exciuerit Bructeros, Tubantes & Viſipetes, vt ſaltus, per quos exercitui regreſſus patebat, inſiderent. Vnde liquet has gentes omnes vicinas, & haud longè à Rheno abfuiſſe, licet Ptolemæus Tubantes etiam ſupra Chattos ſtatuat.

Porrò Marſorum reliquiæ adhuc in Germania permanent: nam Saxonum Inſulæ, vbi Albis in mare exonerat, hodie à Diet Marſis, hoc eſt, populoſis Marſis habitantur, & à Marſorum nomine adpellantur.

Bructeri à Ptolemæo haud nominantur, niſi quis Buſactores paruos pro Bructeris accipere velit, hos Druſus pugna nauali in fluuio Amiſio deuicit. In horum terram immigrarunt Chamani & Angriuarij, pulſis Bructeris.

Præterea & Mattiacos Tacitus recenſet, qui & ipſi à tributis, quemadmodum & Batauí, exempti erant, ac ſolùm ad vſum reſeruati bellorum.

Vſipios & Tencheros, Chattis proximos eſſe ſcribit Tacitus. Vſipiorum verò Ptolemæus nec meminit. Hermunduros non refert Ptolemæus, ſed Tacitus Albim quoq́ in Hermunduris oriri ſcribit. Id ſi verum eſt, pars erunt Bohemiæ.

Iuxta Hermunduros Nariſci à Tacito ponuntur, à tergo verò Marcomannorum & Quadorum Marſigni Gotthini,

ſiue

Guttones, qui & Gotthi.

riorum, Helueconarum, ac reliqua priſca Germanorum na nunc penitus exoleuerunt; Peucinos autem & Baos, Plinius Dacis conterminos eſſe dicit. Superſunt & ho- Tranſyluania, quæ Sibenburgenſis adpellatur, Germani reliquiæ; vtrum verò poſtea illuc migrarint, aut ſembi habitarint, nil certi quod affirmem habeo.

Sanè Rugorum terra & hodie nomen retinet, pluresq́; ripes de titulo Rugorum contendunt, veluti Marchiones adenburgenſes, Megalburgenſes, & Pomeraniæ duces. Suſt & Inſula Rugorum, ex oppoſito fluuij Sueui, vbi in mare hi poſterioribus temporibus magnum nomen ſortiti ſunt. uionum deinde ciuitates Tacitus ponit, quos claſſe etiam re ſcribit, forſitã hodie Sueti ſunt & Dani, poſt quos Ma glaciale, id Tacitus pigrum vocat. Siquidem & Plinius rt immenſas Inſulas non pridem à Germania cõpertas, quæ uldubiò Suetia, Dania & Noruegia ſunt, quæ longiſſimo arum tractu ab ortu in occaſum excurrunt, ita vt ab Iſlanquæ gradus ſeptem in longitudine habere creditur, vſque ad dus ſexaginta tres protendatur. In latitudine verò à gradiquinquaginta quinque vſus ad gradus ſeptuaginta duos ſint nitæ, cum inſulis adiacẽtibus, veluti Iſlandia, ſiue glaciali, landia, Vermenlandia, Gronlandia, vſque ad homines ſylſtres, qui ob mores feroces Wildlappmanni vocãtur. Vltimus ò limes Chriſti cruce ſignatus eſt, quem nemo abſq; regis litia tranſcendere poteſt, & cum comitatu magno, & is limes tinet in latitudine gradus ſeptuaginta circiter. Inde non ge erecta eſt arx, quæ vocatur Wart haus*, vel domus præj. Veniunt tamẽ quotidie à Septẽtrionibus, terraq́; incognita, à Mari glaciali homines quidã barbari, Caroli vocati, mernoniorum gratia in Gronlandiam cum magno exercitu, & pro comperto habetur, ex altera parte poli Septentrionalis;*

hoc

hoc planè conſtat, Suetiam continentem,& non vndiq; mari circumfluam eſſe. Noruegiæ ciuitas principalis & emporium hodie eſt Bergen, *quæ habet in longitudine gradus 24. 16. in latitudine verò gradus 61.15. Suetiæ autem ciuitas præcipua eſt Stockholma, quæ continet in longitudine gradus 42.38. in latitudine gradus 60.30. ad Daniæ caput regni eſt Copenhagia, longitudine gradus 35.24. latitudine 56.30. obtinens.*

Inter inſulas verò Daniæ Gotlandia hodie quoque nomen retinet, ſúntque in illa ciuitates, Eccleſia Pharenſis, & ciuitas Veſpu.

Supereſt & inſula Schandia vel Scania, quæ hodie quoque Schonlandia vocatur, cum alijs Inſulis quàm plurimis ad regnum Daniæ pertinentibus.

Deinde Effluorum gentes, in dextro Sueuici maris littore habitare Tacitus ſcribit. hos Prutennos eſſe liquet. Quia apud illos nunc, vt olim, ſuccinum colligitur.

Inde Sitonum ſequuntur gentes, & hunc finem Sueuiæ eſſe Tacitus refert, forſitan hodie Eyſlandia eſt. Pomponius Mela Hermiones vltimos Germaniæ eſſe dicit.

Cæterùm Ptolemæus vltra Viſtulam Sarmatiam auſpicatur Europæam, quam eo quoque tempore, quemadmodum & nunc, multæ Germanorum habitabant gentes, veluti Gythones, Alani, Rugi, Scyri, Vandali, & cunctæ aliæ Gotthorum nationes. Poſt quorum tranſmigrationem, Slauini, vt dictum eſt, ingreſſi ſunt, & terras illas occuparunt, aut etiam alios expulerunt: Gens multitudine ſua numeroſiſſima, & quæ hodie præter Poloniam, totam Ruſſiam cum Moſcouia, vſq; ad Mare glaciale & Tanaim, ac vltra illum etiam multa poſſidet.

Cæterùm ſinus Venedicus cum magna parte mediterraneæ regionis, quæ hodie Pruſcia eſt, necnon Liuonia vniuerſa, quæ olim fuit Gotia orientalis, vſque ad Naruam fluuium, qui in ſinum exit Venedicum, hodie militiæ Teutonicæ Sanctiſſimæ

Virginis

nis Mariæ paret. Suntq́ ibi Eccleſiæ cathedrales quàm næ, veluti Sambienſis, Rigenſis, Hapſelẽſis, & vltima Re-nſis. Ciuitates verò Elbing, Armel caſtrũ, Mariæ Borgus, s Regalis, Riga ciuitas, Pornau, Hapſel ciuitas, & demùm us Reualia, quæ habet in poli altitudine gradus 62. In ma-tem exeunt poſt Viſtulam Chronus hodie Paſſaria, deinde gora vel Cherchin, poſtea Armele fluuius magnus, die nel, *vocatur &* Niemen *Slauonicè, per Moſcouiã fluens, mare Prutenicum tribus oſtijs exonerans. quidam hunc nnum eſſe putant. Inde Hillige fluuius, Rubonis fortaßis. r deinde, Turnutus forſan poſtea fluuius ingens, qui Duna, Zuina ac Binda vocatur, ex Moſcouia oriens, apud Rigam are erumpit: forſitan Cherſinus eſt. Inde iuxta Reualiam a fluuius exit. Demùm autem Narua fluuius magnus, & ex Moſcouia fluens, ac in Oceanum Sarmaticum iuxta utenam exonerat, Liuoniamq́ à Moſcouia diſterminat. ia fluuij huius in eleuatione polari gradus habent 64. vel iter. In mediterraneis autem & haud longè inde ciuitas gna eſt, Nouogardia dicta, quæ graduum eſſe fertur 66. multùm à mari glaciali.*

Eſt hoc tempore Moſcouia cum terra illa vniuerſa magno i Moſcouiæ ſubiecta, cuius ditio quum verſus occidentem à ri Baltheo incipiat, per quingenta miliaria Alemanica, & gna quidem orientem verſus ſe extendit, quemadmodum ſcouiæ pro certo affirmant, ita vt longè Tanaim, nec non lgam, hoc eſt, Rha fluuium ſuperet, & per Aſiaticam Scy-am excurrat: Ioannes enim præſentis Ducis Baſilij pater lta ſuo adiecit imperio, veluti terram quæ Permeska nomi-tur, nec non Correlam, ac vltimam Iubram, ex qua olim reßi ſunt Hungari, qui in Pannonia ſedes fixerunt: quod n ſolùm ex communi patriæ liquet nomine, ſed quod & gua eadem vtuntur, qua Hungari, licet incorruptiori.

Sunt

Sunt verò prædictæ gentes non ſolùm Barbaræ, ſed & ferinæ ac beluinæ, pane carent, & ſolùm ex venatione ferarum & piſcium viuunt: & quia nihil aliud poßident, tributi nomine nil niſi animalium pelles, & piſcium dentes magnos Moſcobiæ duci ſoluunt, ex quibus cultellorum fiunt manubria, præcipueq́ue apud Turcas in pretio habentur, ſed & Tartari Koſanenſes, qui iuxta caſtrum Koſam, quod ſupra flumine Volha ſitum eſt, vnde & nomē ſortiti ſunt, Moſcobitæ ſubſunt imperio, ac illius iuſſu bella capeſſunt. Moſcobiæ verò ad ortum Tartari adiacent Sauolbenſes, necnon Tartari Nohaienſes, Sabolenſes, qui ſe cæteris præſtare putant, ad mare ſe extendunt Caſpium. At Nohaienſes admodum ſunt Septentrionales, & quotidie Moſcouiam ſuis infeſtant incurſionibus: à Septentrionibus verò Moſcouia Oceano terminatur glaciali, à Meridie autem vaſtiſſimis campis, necnon Lithuania & Ruſcia, à qua noſtris temporibus Ioannes Dux Nouogardienſem ducatum cum ciuitate eiuſdem nominis maxima, necnon Mozaiſenſem ducatum abſtulit. Præſens verò Dux Baſilius Ploskouienſem, & Smolenſem ducatus, cum pluribus alijs Lithuanis & Rutenis ademit.

Vtuntur Moſcobitæ ac Ruteni lingua Sclauonica, ritumq́ obſeruant Græcum: reliquis verò gentibus, quibus Moſcobitæ & Lithuani imperant, ſingulis proprius eſt ſermo. Ciuitas, in qua dux ipſe vt plurimum degit, Moſcouia, quemadmodum & regio ipſa, appellatur, fluitq́ per eam nominis eiuſdem fluuius vaſtus. Vrbs eſt ingens, ſed tota ferè lignea, præter caſtrum & palatium Ducis, quæ ex lapidibus ſunt conſtructa, diſtatq́ à ciuitate Smolenſi, quæ in Rußia eſt poſita, centum miliaria Germanica.

Smolenſis verò ciuitas à Vilna ciuitate ingenti Rutenorum abeſt miliaria centum viginti.

At Vilna à Cracouia regia ciuitate Poloniæ per miliaria centum, ita vt à Cracouia, vſq; ad Moſcouiam, ter centum & vigin-

inti ſint miliaria Germanica magna: à Nurenberga au-ı Cracouiam, miliaria ſunt centum, & aliquid plus.

Sunt autem gentes illæ incomptæ, & admodum barbaræ, remæ præterea ſeruituti ſubiectæ, ita vt omnia, quemadmo-n inter Turcas, dominorum propria eſſe cenſeantur, Prin-ſq; Moſcouiæ cunctarum rerum proprietatem habeat: m fructum verò ſubditis vtendum relinquat, non diutius nen, quàm ſibi placet.

Moſcouitarum terra pars eſt Sarmatiæ Europææ, vbi Pto-æus Hyperboreos & Baſilicos ponit Sarmatas, necnon Mo-as, à quibus forſitan Moſci ſunt deriuati.

Præterea Hippophagi Sarmatæ ibi degebant, necnon Za-æ, Suardeni, & Aſei, & iuxta Borealem Tanaidis inflexio-n Perierbidi gens magna.

Iuxta Auſtralem verò Taxamatæ, vltra Tanaim verò, quo longiſſimè Moſcobia extendit, Sarmatia incipit Aſiatica, deinde Scythia eſt iuxta Rha fluuium, vbi à Ptolemæo thirophagi & Materi, cum alijs quàm plurimis ponuntur tibus.

Deinde erat terra incognita, vbi hodie Permeska, Correlia, Iuhra vel Vngaria priſca fuit, quæ cuncta Moſcobitæ ſunt iecta.

In Moſcouia oritur fluuius Edel, id eſt, Rha, vel Volga, nec ı Tanais, ex terra plana ac paluſtri, cum multis alijs veluti ina, Moska, Ocha, Mimula, &c.

Lithuania Moſcouiæ verſus Boream eſt coniuncta, ad occa-ı verò, vbi regio eſt Samagithia, Liuoniæ & Pruſſiæ adne-ur, ab ortu autem fluuijs terminatur Oskol, Iugra, & Do-ytz: qui omnes in Tanaim exonerãt. ad Meridiem verſus onia & Ruſſia adiacet. hæc gens ſuperioribus annis admo-n obſcura & Rutenis ſubdita fuit. Verùm quum ſuccedenti pore duces nacta eſſet bellicoſos, ita præualuit, vt totam

Ruſſiam

Ruſiam ſuo ſubijceret imperio,quin & Liuoniam, Pruſsiam, & Poloniam aſsiduis infeſtauit incurſionibus, adeò vt niſi milites Cruciferi, cum aliorum Chriſtianorum principum ſubſidio, illis obuiam iuiſſent, tam de Polonia, quàm de Pruſcia actum fuiſſet. Nec tamen ita reprimi potuit, vt non maximas clades Chriſtianis inferret, pariter & acciperet; durauitq́ bellum infeſtiſsimum multis annis, donec tandem deficiente regia ſtirpe Polonica, Iagellus magnus Lithuaniæ princeps, fidem Chriſti vnà cum regno Poloniæ, & relicta Ludouici regis filia Heguide accepit. Ac poſt ſuſceptum Baptiſmum, Vladislaus eſt vocatus. Contigere hæc ſub annum ſalutis 1386.

Ab eo tempore Lithuania, Samagithia, & Polonia in ſtirpe illa permanſit. Subſunt autē magni ducis Lithuaniæ imperio gentes multæ, & principes quamplurimi, tam Lithuani quàm Rutheni. Ciuitas principalis Vilna eſt admodum magna, ad fluuium eiuſdem nominis condita. Oritur in Lithuania fluuius Boryſthenes, qui deinde per Ruſiam fluens, in mare exit Ponticum. Lingua gentis quadripartita eſt, paulatim tamen lingua ſub intrauit Polonica, nec non Germanica, ſequitur Lithuania & Samagithia ritum Eccleſiæ Romanæ. Ptolemæus, Galindos, Sudinos, Seuinos, Amaxobinos & Cariones ibi poſuiſſe videtur.

Ruſsia ſiue Roxolania, et ipſa in Sarmatia poſita eſt Europæa. ea duplex eſt, Alba & Rubea, ſeu inferior: à ſolis ortu flumine terminatur Tanaide & paludibus Mæotidis. à Septentrionibus autem Moſcouiæ & Lithuaniæ adiacet: à meridie verò Valachia, Moldauia & Carpato monte diſterminatur, ad occaſum autem Poloniam & Maſouiam contingit, eam regionem olim inhabitarunt Maſſagetæ, qui & Alani & Hamoxobij ac per totum latus Mæotidis Iazyges, & Roxalani, nec non Chuni, ad occaſum verſus Peucini & Baſtarnæ, Amadoci & Nauari, Tyrangitæ, Sauromatæ, & Gythones, cum alijs nationibus Gothicis, ſiquidem ex his regionibus emigrarunt Gotthi, Alani,

ni, Scyri, Gepidæ, Heruli, Taiphali, Carpi, & reliquæ cun- gentes Gotthicæ, quemadmodum ex certiſsimis hiſtorijs udi poteſt; nam Alani & Roxolani in vaſtiſsimis campis ad aim vſq; habitarunt, qui hoc tempore ob Tartarorum in- ſionibus penitus ſunt deſolati & inculti.

Ad fluuium verò Deneper, qui eſt Boryſthenes, & Dene- , qui & Tiras, Gotthi reſidebant. Vndi digreſsi in duos di- ſunt populos, nam qui ad ſolis ortū ſunt progreſsi, ac Tau- m Cherſoneſum cum multis alijs occuparunt locis, Oſtro- thi, hoc eſt Orientales Gotthi ſunt dicti. Qui verò occiden- verſus perrexerunt, Viſogotthi, id eſt, occidentales Gotthi t appellati: in horum locum Sclauini ſucceſſerunt, quem- odum patet ex lingua.

Cæterùm hoc tempore Ruſsia, magno Duci Lithuaniæ, & ncipibus, qui ſub ipſo ſunt, eſt ſubdita; præter ea, quæ Moſco- abraſerunt. Sanè etſi regio illa pecoris, frumenti & mel- it fertiliſsima, præcipuè ea, quæ Podolia nuncupatur, per taros tamen ac Turcas admodum eſt vaſtata. Tartari enim copenſes, qui & Vlani, ex Taurica Cherſoneſo quotidie inuadunt & ſpoliant. Turcæ verò poſtquam noſtra ætate logrod ſiue Nigrum Caſtrum, vbi Tiras, hoc eſt Deneſter, ontum influit, necnon Kiliam, hoc eſt, Album Caſtrum, non gè à Danubij oſtijs occuparunt, nunquam ab infeſtatione ſiæ ceſſarunt. Sed & Tartari Precopenſes munitionem ci- Boryſthenem extruxerunt nomine Ozarkou, ex qua Ruſ- n inuadunt & ſpoliant.

Rutheni enim licet olim ſupra flumine præſidia quædam con- uiſſent, per quæ Tartari tranſgredi prohibebantur, ea tamen pter auaritiam reliquerunt: Vnde iam Tartaris liber patet us. Habet & Ruſsia ciuitates quàm plures inſignes, quæ ma- ex parte vaſtatæ ſunt, inter quas fuit Chiouia vrbs ampliſ- a ad Boryſthenē fluuium ſita, forſitan Olbia, ſeu Boryſthenis

Ptolemæo & Strabone vocata, iam pridem à Tartaris euerſa. In illa reſidebat Ruthenorum Metropolitanus, cui ſubditi fuere omnes Ruſsiæ, Lithuaniæ, Moldauiæ & Valachiæ Epiſcopi. Hodie Leopolis principalis eſt ciuitas, deinde Halitz, ambæ iuxta fluuium Tiram ſitæ, cum pleriſq; alijs, nam Smolẽſis, nec non Pleſcouienſis & Nouigradenſis ducatus, cum ciuitatibus ſuis Ruthenis, vt dictum eſt, per Moſcouitas ſunt adempti. Rutheni Sclauonico loquuntur ſermone, & ut plurimum Græcorum fidem ſequuntur. Inhabitant & Ruſsiam Armeni, qui magnas exercent mercaturas, nam ad Aegyptum, Perſiam & Indiam vſq; penetrant; inter Turcas enim & Machumetanos liberè, & vbiq; ſine vectigalibus negociantur, ita enim lege ſua Machumetes conſtituit, quoniam ab Armenis educatus & multis beneficijs affectus fuit.

Cæterùm quia Tauricæ Cherſoneſi facta eſt mentio, ſciendum eſt quòd Oſtrogotthi illam poſt primam occupationẽ vſq; in hodiernum diem inhabitant: nam licet Imperatores Græci peninſulam illam aliquando poſſederint, Iauuenſesq; Caffam, quæ eſt Theodoſia, occupauerint, Tamerlanusq; decantatus Tartarus, illam ceperit, à quo tempore eam Tartari Vlani qui & Precopenſes ſeu Crimnenſes, ex oppidi nomine ita vocati, poſſederunt ac inhabitarunt, qui & ipſi poſtea à Turcis fuerunt ſubacti & ad tributum ſoluendum coacti, Oſtrogotthi tamen ſemper montana, licet ſub tributo poſſederunt, loquuntur autẽ Germanicè, qua lingua omnes Gotthi, vt pote Germani, ſunt vſi. Superſuere & ad ætatem vſq; noſtram duces Gotthorum nobiliſsimi de Mankup dicti, qui caſtrum Mankup ſemper à Tartarorum vi defenderũt, donec Machumet Turcarum Imperator Caffam expugnauit, Tartaroſq; ac peninſulam ſuo ſubiecit imperio, tum & caſtrum Mankup cepit, ac duos duces fratres de Mankup gladio percuſsit, in quibus & tota Gotthorum illorum nobilitas ceſſauit: Gotthi verò qui adhuc in

montibus

*nontibus ſuperſunt, vt plurimum vineas colunt, & inde vi-
am ſuſtentant.*

Proinde & hoc ſciendum, quòd ex omnibus nationibus Gotthicis nulla ampliùs in Germania ſupereſt, exceptis Scyris qui & nunc quoq; Stirij vel Stirenſes adpellantur, & Turcingis; qui & Turingi.

Sed nec hoc ignorandum eſt, eam gentem, quæ hodie Turcarum adpellatur nomine, à Tartaris ortum ſumpſiſſe: quod non ſolùm vna & eadem lingua, ritus, victus & veſtitus, ſed & equitandi ac bellandi vſus, nec non fraudes, perfidia & innata barbaries oſtendit & feritas.

Falluntur igitur qui Turcarum gentem antiquiſſimam, aut Turcimanos eſſe putant, cùm parum plus ſint, quàm tercentum anni, ex quo primum Tartarorum nomen, antea penitus incognitum, ſit auditum, poſt quorum aduentum Ottomannus ſe à Tartaris ſeiunxit, ac cum ſuis Turcarum nomen aſſumpſit; Tartariq; hodierna die Turcas clientes ſuos eſſe dicunt, ac Deum ob peccata eorum Turcas ſic extuliſſe conqueruntur, quùm antea nō ſolum illorum fuerint ſubditi, ſed ruſtici etiam, idq; Turcarum nomine ſignificare aſſerunt.

Proinde gentes Sclauonicæ non ſolùm magnam Europæ, ſed & Aſiæ partē occupauere, ſuperſuntq; hodie in montibus Iberiæ ac Albaniæ. Et verſus mare Hircanum Circaſſi, gens bellicoſiſſima, quæ longo tempore Aegypto cum Syria ſub ſeruorum nomine imperauit.

Habitant & ibi Gazarorum gentes, quæ hodie Abgazari & Abgazelli à Græcis vocantur: nec non Mēgrelli, apud has gentes Tartari Sauolenſes tela & alia comparant neceſſaria, & hi omnes ex Sclauorum gente originem ſumpſere, linguaq; loquuntur Sclauonica, ac Chriſti fidem ſecundum ritum græcum ſequuntur: quin per totam Turchiam, præcipuè apud milites, Sclauonica in vſu eſt lingua, ita vt Conſtantinopolis ipſa

iam non amplius priſco nomine, ſed Cæſaris domus Sclauonica vocetur lingua, ſed & pauloantè in aula Soldani Aegypti, milites, vt pote magna ex parte Circaſſi, Sclauonicè loquebātur.

Supra mare Hircanum & meridiem verſus Zagathai habitabant Tartari, non amplius iam in campis, ſed ciuitatibus lapidibus conſtructis, ex quibus præcipua eſt Sarmatanda, quam Iaxartes maximus Sogdianæ fluuius interluit, qui & in mare Caſpium exonerat: huius conditor Tamerlanus fuiſſe dicitur, cum quibus dum Sophi Rex Perſarum bellum noſtra gereret ætate, à Selymo Turcarum Imperatore inuaſus & victus eſt, qui & illi quicquid in Armenia poſſidebat, vnà cum Tauriſio regni capite, ademit.

Cæterùm qui Vinulos ſeu Vendos, reliquámue Sclauorum gentem Vandalorum nomine honeſtare contendunt, planè falluntur: conſtat enim Claſſicorum ſcriptorum authoritate, Vandalos ex Gotthorum ortos eſſe gente, quemadmodum & Sciros, Gepidas, Alanos, ac reliquos Gotthicæ nationis populos, inter quos nihil præter ſolam interfuit nomenclaturam: eiſdem enim inſtitutis, eademq́ vtebantur lingua, Germanica nempe, quemadmodum, vt dictum eſt, ex reliquijs quoq́ Gotthorum, quæ Mõtana Taurica Cherſoneſi præſenti adhuc ætate obtinent, diſcere licet, quum Sclauorum, Vendorum & Viltzorum loquela penitus à Germanica ſit diuerſa. Quin & diu anteaquam Sclauorum nomen eſt auditum, Vandali populariter cum liberis & vxoribus è patria emigrarant, iamq́ Luſitaniæ partem tenebant, ac in Africam traijcientes, Carthaginem cum vniuerſa illa prouincia ſuo ſubiecerant imperio. Sed & tam Oſtrogotthi quàm Viſigotthi Chriſtianam tum ſuſceperant fidem, quum Sclaui ſub initium omnis religionis fuerint expertes, quorum tanquam nouorum hoſtium nomen, ſub Mauritio primum auditum eſt, excurſionesq́ eorum à Iuſtiniano non parum ſunt repreſſæ, donec immenſa multitudine ſuperantes,

magnam Europæ & Germaniæ quoq; occupauerint partem: quod quidem Procopij aliorumq; plurium authorum conſtat teſtimonio. Egreſſi autem ſunt ex Scythia, quemadmodum multæ aliæ barbaræ nationes, & vt Solinus Græcus ſcriptor refert, ex profundo Berſiliæ, dominatiq; ſunt omni perviæ terræ vſq; ad mare Ponticum.

Gazari ſub initium à Græcis appellati, quemadmodum & hodie à Saracenis vocantur: nihil igitur Vandalis ac Vendis, præter nominis tantum conſonantiam quandam vnquam cõmune fuit, licet Sorabi, Viltzi, Vendi, ac reliquæ Sclauorum gentes à Vandalis derelictam occupauerint terram, quemadmodum & multas alias regiones ſuo ſubiecerunt imperio, prioribus expulſis habitatoribus. Si quidem nulla vnquam gens è Scythia egreſſa, tam copioſo numero, vt Sclaui, habitabilis terræ partem inundauit: nam quicquid eſt à mari Sarmatico & Baltheo, ad Pontum vſq; & Adriaticu mare, nec non à Tanaide fluuio, vſq; ad vmbilicum Germaniæ, cum tota Sarmatia Europæa ac magna parte Aſiaticæ, nec non Boëmia, Dalmatia & Illyria, ſua repleuerũt multitudine. Quòd ſi eiſdem artibus, quibus regna parantur, etiam conſeruarentur, proculdubio omnium gentium eſſent potentiſſimi. Verùm quemadmodum homines, ciuitates, regna & nationes, ſua habent initia ac incrementa; ita etiam cùm ad fatalem deueniunt periodum, rurſus decreſcere & peſſum ire incipiunt, quo ad tandem penitus deficiant ac euaneſcant. Nihil enim in hac mundana machina firmum, aut perpetuò ſtabile eſſe poteſt.

MONTES ET SYLVAE IN GERMANIA VLTRA RHENANA.

EX montibus Ptolemæus primum ponit Sarmaticos, qui nunc Hungariam, Poloniam, ac Germaniam diſterminant, vocanturq; Cremnitz & Semnitz.

Montes verò qui ſupra caput Danubij ſunt, hodie pars

 exiſtunt

exiſtunt ſylua nigra, iuxta oppidum Villingen.

Eluetiorum Eremus, hodie ſuperior pars eſt ſylua nigra, cum ſylua Bregentina, qua ad Alpes vſque pertingit.

Abnobi montes varia ſortiuntur nomina, multóſque extendunt ramos, à ſylua enim nigra, per ditionem Marchionis Badenſis, & Ducis Wirtembergenſis, Niceriq; fluminis ripas excurrentes, per Sueuiam vſque ad fluuium Cocerum, ac inde ad Tubarim progrediuntur, hinc Franconiam verſus ac Babenbergam tendentes, ſyluam ſaltuoſam, hoc eſt, Steygerwald *conſtituunt, à Nicero verò ad amnem Mœnum,* Ottemwald, *ac vltra illum* weſterwald *nominatur. Dehinc ad Cathos, hoc eſt Haßiam pertingunt, à quo etiam Franconiam diuidunt, ibiq;* Speſshart *appellantur, & vſque ad Weſtphaliam, necnon Rheni ripas Coloniam vſque ſe extendunt.*

Melibocus verò mons inde initium ſumit, & ad ortum tendit, nunc Hartzwald, *& montana ſunt Miſnenſium, cum argentifodinis, planeq; appendix eſt Abnoborum montium.*

Deinde ſylua eſt Semana, hodie ſylua Turingorum. Sub montibus autem Subdetis Gabreta eſt ſylua, nunc Bohemorum dicta, quoniam Bohemiam vndique per gyrum circundat & claudit.

Aſciburgij verò montis nomine, montana illa continentur, quæ per Sileſiam ad Poloniam & Cracouiam vſque ſe extendunt.

Sudeti montes eſſe cenſentur, qui nunc montana Babenbergenſia vocantur, & ditio Marchionum Brandenburgenſium, vbi ciuitates ſunt Holfeld, Culmbach, Peyrreut, Hoff, *cum Foytlandia.*

Sub his montibus prædicta Gabreta eſt ſylua, quæ & ipſa pars eſt ſyluæ Bohemicæ.

Sed & ſylua Hercynia initium inter hos & Sarmaticos ſumit montes, quæ immenſo protenditur tractu; nam Cæſar ſcribit, neminẽ huius Germaniæ eſſe, qui ſe audiſſe aut adiiſſe ad

initium

itium huius ſyluæ dicat: etiam quum itinere quadraginta erum proceſſerit, aut quo ex loco oriatur acceperit, latitudine rò nouem dierum itinere expedito patere, multarumq́ gen-um fines propter magnitudinem attingere. Hanc olim, vt ex rijs patet ſcriptoribus, Germani inhabitarunt, fuitq́ ibi Ger-ania magna, ſed illam poſtea occuparunt Poloni gens Scla-nica, eamq́ hodie cum Moſcouitis, & Lithuanis tenent.

Luna ſylua, & ipſa pars eſt ſyluæ Bohemicæ verſus meri-iem vſque ad Danubium pertingens.

IN RHETIA *& Vindelicia.*

Adula monte latus occidentale Rhetiæ terminatur, hodie lpes ſunt iuxta Curiam & loca circumiecta.

Graiæ verò ſunt Alpes, Atheſini, & Oeni vallis dicti; quæ taliam verſus extenduntur. Pœnæ autem ſunt iuxta princi-ium Lyci amnis.

Ocra mons hodie Alpes ſunt circa Iuuanum, hoc eſt Saliſ-urgium.

IN NORICO.

Cecius mons in Norico eſt, hodie Scyrorum ſiue Styrenſium montana.

Caruancæ montis nomine, hodie Carnorum, Croatenſium c Gorcenſium Alpes continentur.

Cæterùm hoc quoque ſcire refert, Germaniæ montes ac ſyl-uas, licet diuerſis adpellentur nominibus, ab Alpibus tamen omnes incipere, ac poſtea ſemper continuo quaſi tractu hinc inde diſcurrere, rurſusq; in ſe ipſos reflecti, ac magna ex parte ad montana Bohemiæ, & ſyluam illam concurrere.

Cæſar Bacenim ſyluam infinita magnitudine eſſe ſcribit, & inter Sueuos ac Cheruſcos diſcurrere; ex quo patet, Bacenim eſſe, quam Ptolemæus ſyluam Semanam, hoc eſt, Duringorum ſyluam vocat. Is enim eo tempore Sueuos Albis fluuij accolas à Cheruſcis dirimebat.

VLTRA RHENVM
verò ſunt:

Iura vel Iuraſſus mons, cuius nomine Suitenſium hodie continentur Alpes, vſque ad Allobroges.

Vogeſi montana ſunt, quæ hodie per Hunorum tergum, ac Lotharingiam extenduntur.

Arduena olim latiſsimè patebat, hodie Eyſlia pars illius exiſtit. Strabo ait: Arduenam Morinos, Atrebates, Eburones, & Menapios attingere.

Ryphei autem & Hyperborei montes, de quibus priſci tam multa ſcripſere, nuſquam hodie comparent, licet tota Europæa & Aſiatica Sarmatia vndiq; à Germanis, Polonis, & Moſcobitis ſit peragrata ac cognita, ſed omnia ſunt plana, niſi iuxta mare glaciale, vbi colles quidam eminent admodum mediocres. Amnes verò maximi, veluti Rha, qui & Volga, Tanais & Duna, quæ & Zuina, ex ſyluis, terra plana ac paluſtri, & nequaquam ex montibus aliquibus oriuntur.

DE FLVMINIBVS
Germaniæ.

Flumina verò Germaniæ ſunt quam plurima, quæ partim in Rhenum, Danubium, Albim, & Viſtulam exeunt: quædam & ſine aliorum incremento in Oceanum exonerant Germanicum. Atheſis verò, licet in Alpibus & Germania oriatur, in ſinum tamen influit Adriaticum.

In Rhenum igitur influunt amnes inſigniores, Ila non longe à Felthkirchio: poſtea Ara, Lymacia, & Ruſia, flumina rapidiſsima, ex Eluetiorum montibus ortum ſumentes.

Deinde Nicerus ſiue Necarus fluuius celebris, in quem decurrunt Cocerus & Iageſta, necnon alia quædam flumina ignobiliora. Poſtea Mœnus, vel, vt quidam appellant, Moganus, in Rhenum ex oppoſito Moguntiæ exit, fluuius magnus & nauigabilis. Verùm priuſquàm exonerat, multos alios recipit

amnes, &

es, & primum Regneſum, qui & Radiantia & Tramari-
vocatur; is poſtquàm Pegneſum per Nurmbergã fluentem
epit, per Babenbergenſem labitur vrbem, à qua haud lon-
niſcetur Mœno. Ab hoc flumine Carolus Imperator, qui
gni nomen eſt ſortitus, foſſam in Almonem, qui in Danu-
n influit, ducere eſt aggreſſus, ac integram æſtatem exerci-
in opere detinuit, vt hoc pacto à Rheno in Mœnum, ac ex
in Regneſum, inde per foſſam in Almonem, & ex eo in
nubium, & ita à mari in mare nauigari poſſit. Verùm ob
ruentes, vt fertur, tempeſtates, ab opere ceſſare eſt coactus:
nent tamen adhuc manifeſta tanti conatus veſtigia; incho-
q; foſſa pluribus in locis cernitur: præcipuè tamen iuxta
rgum album, nunc Weiſſemburgam.

Deinde Tubera in Rhenum cadit, non parui nominis amnis.

Poſtea Naus, multis alijs auctus fluminibus, iuxta Bingium
Rhenum incidit.

Exinde Moſella, quæ, vt ſuperius eſt oſtenſum, Obrincus eſt,
ud Confluentes in Rhenum exit. Verùm prius Sarum flu-
um magnum ſupra Treuirenſem ſuſcipit vrbem, qui Sarus
tea Bliſa & Nida quoque augetur.

Arar quoq; ex iugis Treuiricis, hodie Eyflia, exortus, mul-
& ipſe auctus torrentibus & fluuijs, ſupra Rigomagum in
henum euoluitur.

At ex alia Rheni parte Lona amnis inſignis per Haſſiam
it, & multis auctus fluuijs, iuxta oppidũ Lonſtein in Rhe-
um excurrit. Sequitur deinde fluuius Angra, deinde Rura, vel
dranus, & demũ Lupia apud Weſaliam Rheno admiſcetur.

Nouiſſimè verò Moſa Rheno coniungitur: Rhenus verò di-
ditur in Wachalim, hoc eſt, den Wal, & Iſulam, nunc
Yſſel vocatur, nec non in Lecum, id eſt, den Lech, & per
ac tria oſtia maxima exonerat in Oceanum Germanicum,
otamq; inundat Selandiam, Hollandiam, & Friſiam.

Amnes verò, qui in Danubium influunt, inſigniores hi ſunt:

Ilera	die Iler
Bernicus	die Wernitz.

Lycus fluuius ingens & rapidus, ac multis auctus amnibus, iuxta Lechſgmund, *haud longè ab Auguſta Vindelicorum, Danubium irrumpit.*

Almonus fluuius, quo in tota Germania nullus piſculentior eſt, iuxta Kelham *exit.*

Nabus verò ex monte Pinifero oriens, ab Vilſum aſſumens, iuxta Ratiſponam exonerat; pariter & Regnus, in quo reperiuntur conchæ margaritas producentes.

At Iſara fluuius rapidus & ingens, ab Alpibus per totam labens Bauariam, cùm multos alios accepit amnes, iuxta Filshouen *Danubium influit.*

Oenus verò fluuius maximus ac rapidiſſimus, quum per Oeni vallem & Bauariam fluit, ac per Iuuarum vel Salzam, & multos alios auctus amnes, tandem iuxta Boëdurum, nunc Patauium, cum tali impetu in Danubium ruit, vt per longiſſimum ſpatium curſum ſuum ſeruet, nec Danubianis admiſceatur aquis, quemadmodum perſpicuè ex vndarum colore apparet.

Ilza		Iltz.
Trauna		Traun.
Eneſus		Ems.
Igla	*Die*	Igel.
Leyta		Leyta
Marchia vel Moraua		March.
Arabon		Rab.

Wag *fluuius.*

Grana fluuius.

Daras vel Drauus, die Trab: *qui Muram vel Murum,* die Mur, *ſuſcipit, fluuius ingens. Inter hunc & Danubium Tur-*

carum

earum Imperator Ladiſlaum Hungariæ Regem deuicit.

Tybiſcus	Die Teyſſ, *vaſtum flumen.*
Saus	die Sau, *amnis maximus. Is iuxta Taururum, hoc eſt, Albam Græcam, Danubium influit.*
	Sequitur inde:
Moſchus,	
Rhaboſus,	
Ciabrius,	
Alutas	*Forſitan Baralat & Seretius amnis.*
Hieraſſus	*nunc* Pruth *fluuius.*

In Oceanum exeunt poſt Rhenum,

Vidrus, hodie Vnda nigra, in Catthorum montibus oriens.

Amaſus ſeu Amaſia, nunc die Ems *: in hunc fluuiū Strabo Viſurgim & Lupiam deferri ſcribit errore manifeſto, cùm Lupias in Rhenum, Viſurgis verò longè ſupra Amaſum in Oceanum exeat.*

Viſurgis, Weſera, fluuius inſignis : hic Fuldam, Ederam, Weram, & Nidam *amnes ſuſcipit, per Saxoniam, & iuxta Mindenſem, Werdenſem, Gotingenſem ac Bremenſem labens ciuitates, tandem in Oceanum exonerat.*

Albis die Elb, *magnus Germaniæ fluuius, in montibus Bohemiæ oriens, ſuſcipit autem Multam flumen magnum, quod Pragenſem præterlabitur ciuitatem. Deinde Egram, ex monte Pinifero, vt dictum eſt, fluentem. poſtea Salam, ac Ortellam, demum ciuitatem Hamburgum præterlabens, in Oceanum Germanicum vaſto euoluitur ore. Ad huius exitum Saxonum Inſulæ ſunt poſitæ, quas, vt dictum eſt, hodie Dietmarſi inhabitant, gens indomita, & multis victorijs contra Daniæ reges, Sleſuicenſes duces, & nobilitatem clara.*

Chaluſus fluuius Eidorus eſſe cenſetur.

Sueuus die Spre, *oritur & hic amnis ex Bohemiæ montibus, ac iuxta*

bus, ac iuxta Sandenſem ciuitatem, hoc eſt, Laciburgium in Oceanum exit.

Viadus, hodie Odera, fluuius magnus, in hunc Neuſa, quæ per Sleſiam & Vratislauienſem labitur ciuitatem, fluit. Tandem apud Caminum in mare erumpit.

Viſtula, quæ & Iſtula, ſeu Iuſtula, aut Vandalus appellatur, fluuius ingens, & vltra quem Ptolemæus Sarmatiam Europæam auſpicatur, oritur in montibus Sarmatiæ, & Cracouiam alluit, inde per Poloniam fluens, Drauauitz fluuium, quem quidam Drauennam eſſe volunt, ſuſcipit. Deinde duobus oſtijs et apud Dantiſcum & Elbingen in ſinum Codanum exit.

Poſt hunc Chronus, qui Paſſaria eſſe cenſetur, in mare fluit.

Inde Pregora fluuius, poſt quem Memulæ amnis magnus, qui & Niemen vocatur, in Lithuania oriens in mare erumpit Prutenicum.

Poſtea Hilge fluuius, deinde Poler fluuius, ſequitur hunc Duna, quæ & Zuina, ac Binda, ingens fluuius, qui & ipſe in Lithuania oritur, ac iuxta Rigam ciuitatem in mare erumpit. Fortè apud Ptolemæum eſt Cherſinus.

Inde Anne fluuius, tandem Narua ſupra ciuitatem Reualienſem iuxta Flautennam in mare exonerat. Limes hic eſt inter Liuoniã, quæ Crucigeris paret, & Moſcouiam. oſtia fluuij huius in eleuatione polari graduum 62. eſſe feruntur.

IN PONTVM AVT EVXInum fluunt:

Tiras der Neſter, qui iuxta Caſtrum nigrum in mare exit.

Boryſthenes, der Neper, in Lithuania ortum ſumens, & per medium ferè Ruſsiæ labens.

Tanais, Don, oritur in Moſcouia, ex terra plana, & nequaquam ex montibus.

Rha fluuius maximus, oritur in Moſcouia; quumq́ ſub initium verſus Septemtriones fluat, mox ad orientem flectit, lon-

geq́

geq; Tanaim ambit; tandem ad meridiem conuerſus, per Sarmatiam Aſiaticam, & campos planiſſimos Tartarorũ vagatur, ac per viginti quinq; oſtia maxima in mare Caſpium, quod nunc Mare de Bachan vocatur, exonerat, iuxta ciuitatẽ Derbet. Oriuntur autẽ in Moſcouia, præ cæteris, tria maxima flumina, nempe Zwina, Tanais & Rha. Proinde mercatores Germani, tria maxima flumina eodem vocant nomine, nempe Danubium vel Iſtrum, Dunam, quæ & Zuina, ac Tanaim; & cum ſe de longinqua peregrinatione iactitant, tres ſe Danubios vidiſſe aſſerũt. Proinde in his omnibus nihil certi affirmamus, niſi vbi veritas ſeipſam manifeſtè prodit. Quis enim in re tam dubia, & vbi propter variarum gentium tranſmigrationẽ omnia ſunt immutata, non aliquando aberraret? planè enim conſtat numeris haud confidendum eſſe, quos Ptolemæus in his oris nequaquam ex obſeruatione certa, ſed ex aliorum ſcriptis aut dictis, vel per inſtrumentum quoddam Mathematicum, ſeu iuxta coniecturam aſſignauit, quod & ipſemet ingenuè fatetur. Porrò in Germania inferiori nequaquam abſurdè à fluuiorum aliquando ſitu credibilis ſumi poteſt coniectura, at in Germania ſuperiori nullus ab ſcriptoribus recẽſetur fluuius (præter Danubium, Mœnum & Oenum, licet multi alij ſint, & inſignes) cuius adminiculo vel parumper ad veritatem accedi poſſet: vbiq; igitur coniectura potius quàm vlla nitimur certitudine, ita tamen, vt nemini legẽ præſcribamus, ne à noſtra diſcedat opinione, nam quicunq; oſtendere poterit, ſe nobis rectius ſentire, huic nõ ſolum non repugnabimus, ſed etiam gratias habebimus gratiſſimas, ſi nos melius informare valebit. Ego enim ita in pleriſq; me dubium eſſe fateor, vt ignorem etiam, cui nã genti patriam meam Nurenbergã, quæ Segodunum eſſe cenſetur, aſcribere debeam: hoc tamen pro comperto habeo, Noricos quũ à Romanis expellerentur, vltra Danubium & in hanc regionem conceſſiſſe, quæ & hodie ab his nomen retinet, & Norica vocatur,

quæ

tur, qua cõtinetur quicquid ab exitu fluuij Almonis in Danubiũ Nurenbergam vſq; protenditur, ita, vt Albus Burgus, nunc Weiſſenburg, *in Noricis eſſe dicatur, ſed & proculdubio Norimberga quaſi mons Noricus, à Norica regione nomen accepit, Traiectusq́; amnis Regnicij per miliare vnum à Norimberga diſtans, Germanicè* Furt *in Norico agro reputatur, à quo deinde occaſum verſus ac Septemtriones Francia orientalis ſeu Franconia ortum auſpicatur. Sita eſt autem Norimberga, non ſolùm in Germania, ſed & totius Europæ vmbilico; tantum enim diſtat à flumine Tanaide, quantum à Gadibus; ab Oceano quoque Germanico, quantum & à mari mediterraneo: altitudo eius polaris graduum eſſe cenſetur* $49\frac{1}{2}$. *Vera autem longitudo graduum 27. minut. 22. quæ quidem longè diſcrepat à deſcriptione Ptolemæi.*

REGIONVM ET CIVITATVM *quarundam nomina.*

Olim	*Nunc*
Rhetia.	*Sueuia tranſdubiana, iunctis Alpibus.*
Vindelicia.	*Bauaria.*
Noricum.	Lant an der Ens.
Pannonia ſuperior.	*Auſtria.*
Pannonia inferior.	*Vngaria.*
Marcomanni.	*Merhern.*
Cimbrica Cherſoneſus.	*Ducatus Holſatiæ. & Schleſuicenſis.*
Sicambria.	*Montenſes hodie ibi degunt.*
Bataui.	*Geldrenſes iuxta Rhenum & Wahalim, ac etiam Hollandi.*
Arduenna.	*hodie dicitur Ardenna.*

a pud

apud Namurcum, ac magna pars eſt diœceſeos Leodienſis, & pars ducatus Lucemburgenſis *ac Iuliacenſis*, *vſq;* Coloniam: *vide Caſarem.*

Gallia Narbonenſis.	*Prouincia.*
Gallia comata.	*Francia.*
Lutetia.	*Pariſium.*
Remi.	Reins.
Sequani.	*Burgundiones comitatus.*
Hedui.	*Burgundiones Ducatus.*
Allobroges.	*Sabaudienſes, cis & vltra Lemanum Lacum.*
Aulertij,	*Aurelianenſes.*
Ambiani.	Amiens.
Atrebates.	Aters *: ciuitas Epiſcopalis nomen hodie tenet.*
Bibracte.	Beurai.
Alexia.	*Alſetum.*
Gergouia.	*Claramont.*
Genebum.	Orliens.
Gebenna	Genf. *certum ex Cæſare.*
Arar.	*Sagona*
Turones & Veneti.	*Britannia.*
Lacus Lemanus.	*Lacus* Loſanen. *certum.*
Britannia Inſula.	*Anglia.*
	Scotia.
Hibernia.	*Hodie dicitur Hibernia Inſula verſus occidentem Britanniæ.*
Dania.	Denmarckt.
Noruegia.	Nortuegen.
Suetia.	Schueden.
Gotia.	*Gotlandia Inſula.*
Scandia.	Schonlandt

Olim	Nunc
Luſitania complectitur:	*Portogalliam, regnū Murſiæ, ac partem Granatæ.*
Gallatia.	*Galitia.*
Tarraconenſis.	*Cathelania & Arragonia.*
Bætica.	*Caſtiliæ pars magna, ac pars etiam Granatæ.*
Hiſpalis	*Sybilia.*
Triballi	*Bulgari.*
Miſia ſuperior	*Boſna.*
Dalmatia hodie dicitur	*Dalmatia & Sclauonia, pars eſt Liburniæ & Hiſtriæ.*
Illyrij	*Boſsinenſes & Dalmatæ.*
Miſia inferior	*Seruia & Raſcia.*
Getæ	*Tranſyluani.*
Datia	*Valachia.*
Thraciæ pars maxima	*Romania.*
Macedonia	*Albania.*
Bœtia cum Phocide	*Ducatus.*
Attica & Megarenſis ora	*Setina.*
Hellas cum Locride	*Vlachia.*
Etholia	*Deſpotatus.*
Ambratia	*Larta.*
Peloponeſus	*Morea.*
Iſthmus	*Heximilium.*
Sparta	*Miſiſtratum.*
Licia	*Briqua.*
Ionia	*Quiſcum.*
Aeolia	*Folia.*
Pontus	*Trapezus.*

Berithum

Berithum	*Barut.*
Epiphania	*Alepum.*
Memphis	*Cayrum.*
Babylon	*Baltach.*
Aphrica	*Barbaria.*
Tuneta	*Tuniſi,prope Carthaginem.*
Cumania	*Tartaria inter Rha fluuium & Tanaim.*
Gedroſia	*Tarſe, GuZerat,& Cambeia.*
Caramania & Aria	*Turqueſtè & Duilcindæ regnum.*
Iberia & Albania.	*Colchis & Comaniæ pars.*

India intra Gangen, nunc Melibar, vel Zulmando, continet Regnum de Decam,Calequut,Cocbin, Coulam, néc non Narſingæ & Otiſſe Regnum.

India extra Gangen,MaZin, Regnum Banguelæ, Eracangui, Pego,Aua,Damaſian,Ternaſuri, vſque ad Cherſoneſum Auream.

Inſulæ Fortunatæ,	*Canariæ.*
Inſulæ Heſperidum.	*Caput Viride.*

INDIA *coniecturaliter.*

Ptolemæus.	*Nunc.*
Praſſum promontorium,	*Monſambic.*
Rapta	*Quiloa*
Tonica	*MombaZa*
Apocopa	*Melinda.*
Zingis	*Caput de Guardafu.*
Aromata	*Zeila.*
Moſylum	*Cauaquin*
Dire	*Babel Mendap: ibi ſunt anguſtiæ rubri maris, nunc ſtrictum de Mecha.*

Ab alia verò parte maris rubri:

Arabia felix,	*Leaman vſq; ad Adem.*

Badeo	*Gyda.*
Muza	*Maha.*
Ozelis	*Adem.*
Syagros	*Caput Fartaque.*
Armuza	*Ormus.*
Alambater	*Diu.*
Mongloſſum	*Goa.*
Simyla	*Calecut, vel Choſſin.*
Comaria promontorium	*Comaria.*
Colchi	*Cael.*
Aurea Cherſoneſus	*Malaqua.*
Sinæ.	*Schin.*

Poſtea eſt Regnum de Cuſch, & Zampa, deinde Cathaio.

Cæterùm quia multi contendunt Inſulas nuper ab Hiſpanis inuentas, omni ætati fuiſſe incognitas, libuit hic adÿcere, quid Ariſtoteles in libro De admirandis in natura auditis, de illis ſcripſerit, quæ talia ferè ſunt.

Aiunt etiam Phœnices illos, qui vltima Gadium incolunt, quum trans Herculis columnas per dies quatuor enauigaſſent, vento maximo Apeliote tracti, adplicuiſſe tãdem ad loca quædam inculta prorſus ac deſerta, verùm plena multa illuuie, & continuo pæne conquaſſata motu, ea vbi ceſſauerit æſtus, facile conſpici poſſe; ſed redeunte immergi: In quibus inueniſſe eos affirmant incredibilem quandã thymorum multitudinem, magnitudine quidem & amplitudine admirabili. Tum verò ab his parari laqueos cœpiſſe: quibus cùm caperentur, captos autem membratim concidere, atq; eorum carnes deſiccare paulatim conſueuiſſe, ac demum in vaſis reconditos, deferre Carthaginem. Verùm à Carthaginenſibus non amoueri amplius è ciuitate, ſed potius eos inter ſe conſumere, ob eam quam ferunt huiuſmodi piſces in conuiuÿs dignitatem & excellentiam de ſe præſtare. Hanc Thymorum multitudinem palam iam cernere

eſt in

eſt in Inſula Madera, & Inſulis quæ Faial ſeu Noua Flandria appellantur. Proinde in eodem libello Ariſtoteles ita quoque ſcriptum reliquit.

Trans Herculis columnas in eo mari quod Atlanticum dicitur, inuentam quandam Inſulam à Carthaginenſium mercatorib. olim fuiſſe inquiunt, à nullis ante id temporis habitatã præterquàm à feris, & propterea ſyluestrem admodũ & multis refertam arboribus: alioquin fluminibus plurimis ad nauigandum aptiſſimisq́ plenam, ac incredibili quadam omnium rerum naſcentium vbertate profluentem, ſed remotam à continenti plurium dierum nauigatione: ad quam cùm nonnulli Carthaginenſium mercatores fortè acceſſiſſent, captiq́ eius loci fertilitate ac aëris clemẽtia, ibi ſedem fixiſſent, commotos ob id Carthaginenſes ferunt ſtatim conſilio publico decreuiſſe, morte indicta, ne quis poſthac illuc nauigare auderet, & qui iam ierant, iuſſiſſe ſtatim interfici, ne ipſius Inſulæ fama perueniret ad alias nationes, ſubmitterenturq́ alicui fortiori imperio, ac fieret quaſi oppugnaculum quoddam aduerſus eorum libertatem.

Proinde compertum eſt ex obſeruatione Eclipſis quæ fuit in menſe Septẽbri anno ſalutis 1494. Hiſpanam Inſulam, quatuor fermè horarum interſtitio ab Hiſpali, quæ Sibilia eſt, diſtare, hoc eſt, gradibus 60. qualiũ eſt circulus maximus 360. medium verò Inſulæ continet gradus 20. circiter in altitudine polari. Nauigatur autem ſpatium illud communiter in diebus 35. altitudo verò cõtinentis oppoſiti, cui Hiſpani ſanctæ Marthæ nomen indidere, circiter graduum eſt 12. Darieni verò terra & ſinus de Vraca gradus quaſi tenent 7½ in altitudine polari, vnde longiſſimo tractu occidentem verſus terra eſt, quæ vocatur Mexico & Temiſtitan, à qua etiam non longè remota eſt Inſula Iucatan, cum alijs nuper repertis.

FINIS.

GERMANIÆ INFERIORIS HISTORIÆ, ET LOCA ALIQVOT DEclarata, Auctore Gerardo Nouiomago.

GERARDVS NOVIOMAGVS D. C. N. *Viro clariſſimo*, S. P.

RECTE *admones* N. *amice doctiſſime, ſed ſerò, debuiſſe videlicet me* BATAVICAM, *adeóq; patriam Hiſtoriam, exactius, copioſius ac ornatius ſcribere, priuſquàm, neu aliter quàm implumis auicula è nido, in publicum protruderetur. Addis præterea ſæculum hoc noſtrum emunctas habere nares, ac ſagaciter ſubodorari, ſi quid in alienis præcipuè libellis deſideretur. Non habeo mi* N. *quid ad hæc reſpondeam, niſi hoc vnum, quòd magnorum virorum auctoritate adactus potius, quàm gloriolæ cuiuſuis aucupio inductus, hanc tumultuariam farraginem foro exponi paſſus ſim. Et, vt rem planè intelligas, quum Vermatiam, non vno nomine mihi laudãdam ciuitatem, propter inſidias, quæ mihi ſtrui ab aulicis amicis nunciabantur, relinquere coactus eſſem, hućq; aſcendiſſem, & vix haberem vnde me alere poſſem, conſulebant amici mei haud vulgares, vt* N. *Viro clariſſimo, aliquod literarij laboris opuſculum nominatim inſcriberem, futurum ſperantes, vt hac ratione ſtudioſis ac doctis viris, quorum hic non contemnendus eſt numerus, innoteſcerem, & opera V.C. atq; collegarum qui ipſius ſententiæ vel rariſſimè contradicere ſolent, docendi munus aſſequerer, vnde mihi pro modulo profeſſionis & ætatis meæ vitæ neceſſaria pararentur. Non potui non obedire tam candidis conſultoribus pa-*

riter & præceptoribus : & quum nihil aliud præ manibus eſſet, Batauicæ Hiſtoriæ collectanea in hunc quem vidiſti ordinem digeſta, Typographo edenda volens tradidi. Quàm non infeliciter autem huius aleæ iactus mihi ceciderit, & præſens rerum mearum ſtatus ſatis indicat, & ipſe coram aliquando audies. Eadem quoque cauſa extitit, quare verſiculos quoſdam, ſub aduentum meum in hanc vrbem, profuderim, gratificaturus ſcilicet piis lectoribus. Et hi licet non admodum venuſtuli ſint; tamen nec à pietate, nec à Chriſtiani verſificatoris modeſtia alieni, vel inimico iudice, cenſeri poterint. Quúmque huiuſcemodi eſſent, non ſolùm non profuerunt auctori, verùm etiam, vbi gratiam mereri debuerant maximè, ibi obfuerunt maximè. Sed hoc vtcunque tolerandum fuiſſet, niſi laruati etiam pinguiculiq́; Poëtæ eis inſultaſſent, non ob aliud, niſi quòd pro Apollinis, pro muſarum & huius farinæ indoctarum fabularum (quæ nihil præter arrogantem quandam oſtentationem habent) toties & tam ineptè iterata nomenclatura, Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri, nomen ibi legeretur. En habes Vir ornatiſſime, bene longam temeritatis meæ excuſationem, qua ſi tibi ſatis factum ſenſero, eſt quod gaudeam; ſin minus, ſupereſt, vt hanc præproperæ editionis iacturam reſarciam, additis nonnullis, quæ ad inferæ GERMANIAE *noſtræ illuſtrationem pertinere videbuntur. Ad hunc igitur penſum, quem patriæ debere me confiteor, abſoluendum, Veterum Hiſtoricorum libros haud oſcitanter lego, excerpens, annotans, conferens, vt vel tandem patria noſtra veris præconiis illuſtretur. Veritas enim (vt ille inquit) in auctoribus ſemper ſequenda eſt. Recentiorum quoque ſcriptorum libros introſpicere penitius ac lectitare diligentius, non grauor: ſed in his experior veriſſimum eſſe, quod Plinius ait, ſui quiſque ſitus diligentiſſimus auctor eſt. Magni enim & eruditi alioqui viri in Principum noſtrorum conſcribendis Hiſtorijs, lociſq; Inferioris Germaniæ, indicandũ, fœdè hiſce*

annis

annis lapſi ſunt. Quorum errores neq; mordacius neque amarulentius hic exaggerabo, ſed rei tantùm veritatem ſimplici oratione ob oculos ponam, vt candidus lector conferat, expendat, diiudicet.

CAROLI CAESARIS *ſtemma, quidam ambitioſè ſatis ſcribere adgreſſus, vbi paternam Genealogiam ſuperſtitioſius ſupputando enumeraſſet, maternam (qua ratione neſcio) originem ſubticuit.*

HERALDI *verò (liceat hoc vti vocabulo) atque horum præcepta ſequuti pictores, nobilium ſtemmata hoc ordine deſcribunt, vt primo loco patris, ſecundo matris, tertio auiæ paternæ, quarto maternæ, inſignia & tituli collocentur, & ita ad proauias & abauias, ad maiores vſque aſcendere ſolent.*

ILLVS. D. MARGARETHA *Diui Maximiliani Auguſti filia, primo, patre magis conniuente quàm volente, Carolo octauo Francorum Regi, deſponſa fuit, ſed certas ob cauſas, nec ſcriptorum vulgo notas, in patriam remiſſa eſt. Id quod non ſemel pater Auguſtus antea poſtulauerat. Deinde,* IOANNI *Caſtellæ Regi, Ferdinãdi Hiſpaniarum Regis (quem merito Bæticum ob deuictum inclytum illud Granatæ regnum dixeris) filio nupſit, cui & prolem peperit, qua à patris morte non diu ſuperſtite, demum nuptui tradita eſt* PHILIBERTO *Allobrogum Duci, qui cum amanter coniunctiſſimeq; vixit, quo vita functo vidua permanſit.*

D. IOHANNA, *mater* CAROLI AVGVSTI & FERDINANDI REGIS, *non fuit primogenita (vt iſte ſcribit) Ferdinandi Hiſpaniarum Regis, primogenita enim duobus Luſitanicis Regibus vxor fuit.*

ROTERODAMVM *Batauorum oppidum, & olim non ignobile & noſtra ætate,* D. ERASMI ROTER. *incomparabili eloquẽtia & eruditione, apud exteras nationes magis nobilitatum, non à Sycambrorum Rege quopiam, ſed ab aquis,*

in quarum aggere(quem Dam *Batavi dicunt)ſitum eſt,quaſi* Roteræ *aggerem dicas, denominatur.*

De Sycambrorum finibus, & vbinam vltra Rhenum, Rheno licet proximi, habitarint, Cæſar Iulius in primis conſulendus erat. Nam hos, qui ab Octauio Auguſto, in Gallicam Rheni ripam tranſlati leguntur, nullum vnquam Regem proprium habuiſſe conſtat.

Quæ verò de Francis & Sycambris ſcribuntur, ad alia tempora & loca ſpectare videntur. Sunt q; hic obſcuræ hiſtoricorũ veterum nebulæ diſcutiendæ, vt veritatis ſplendor lectori adpareat. Id quod nos, Chriſto auſpice, aliquando conabimur.

N E O M A G I, *non adpellantur vulgata veteriue noſtrate lingua, noui amici vel vicini, ſed* Magen, *Batauicè, cõſanguineos dicimus. Quare longè altius eius vocabuli ratio petitur, ab his qui Belgarum vicinorumq; Germanorum, Hiſtorias exactius & maiore iudicio conſcripſere. Qua de re in* B A T A V I A *noſtra nonnihil attigimus, vbi etiam nobilem arcem* B A T O B V R G V M, *non à* B A S S A N O, *Rege neſcio quo fortè chartaceo, ſed à Batauorum principe, ad Moſæ ripam conditam oſtendimus. Neque* Baſſanborch *(vt eſt apud Abbatem Tritemium) ſed ſeruata Batauicæ linguæ proprietate,* Batenborg *dicitur.*

G E L D R I A E *ducatum, (ita dici cœptum) à Gerlaco Geldriæ præfecto, nomen habere, tam verum eſt quàm VVahalim, Buſcumducis Brabantiæ oppidum præterfluere.*

G E L D R I O R V M *præfecturam, ante Gerlacum, VVichardus & Lupoldus adminiſtrarunt; neq; opus eſt, vt ad Geldriacum monſtrũ, fabuloſum videlicet illum & volatilem draconem, recurramus, illorum ineptam gloriationem imitantes, qui Olorem Ledæ adulterum & neſcio quem obſcuriorem incubum generis nominisq; ſui auctorem agnoſcere malunt, quàm notæ probitatis plebeium quempiam.*

Veriſi-

Veriſimilis admodum coniectura eſt Geldriam à GELDVBA *arce, paucis immutatis literis, dictam. Sed de his in* BATAVIA *noſtra fuſius.*

CAESAR IVLIVS, *non minus omnis eruditionis, & in primis Mathematicæ, quàm armorum gloria clarus, rectè (vt cætera) ſcribit Scaldem in Moſam influere. Huius rei etiamnum haud obſcura veſtigia extant. In Zelandia, quæ Hollandiæ ſubiacet, Inſula eſt (in qua* CIRICZEA *oppidum celebre, cuius ciues rei nauticæ peritia cæteras ferè maritimas nationes excellunt) quæ à Scaldi fluuio Scaldia nomen ſortitur. Quæſtores quoque Zelandiæ, vnus à Scaldi orientem verſus; alter à Scaldi occidentem verſus appellantur. Præterea in Moſam, non procul à* BRIELIS *oppido, influit. Sed exteris mercatoribus imponit, quòd vbi olim terra pagis & arcibus culta extabat, ibi nunc vaſtum mare cernitur. Hinc factum eſt, vt Fluuiorum oſtia, ad veterum præſcripta internoſci vix queant. Conſtat inter maritimos Flandros, Selandos, Hollandos, Friſios, colles illos arenarum (*duni *vulgo dicuntur) quos rerum parens Deus, terminum mari circumdedit, olim non tam latè perruptos ac diſſitos fuiſſe, quàm nunc ſunt. Cæleſtis enim pater peccatis noſtris, ad iracundiam prouocatus, horridis tempeſtatibus, terras admodum fertileis in ſalſiſſimum mare, intra ducentos annos conuertit. Sed nos infelices planè & vecordes naturæ adſcribimus, quod ſolis ſceleribus noſtris imputandum erat.*

ADVATICI, *ſiue Actuantici (vtrumque enim legitur) neque Antuerpiani ſunt, quorum ciuitas Scaldem præterfluentem habet, neque* MOSATRAIECTINI, *quorum oppidum Moſa interſecat: ſed Cæſaris teſtimonio, Aduaticorum oppidū, omnibus partibus in circuitu, altiſſimas rupes deſpectusq; habebat, vna ex parte leniter accliuis aditus, in latitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur. Raymundus Marlianus, alludens ad vetus vocabulum, Duacum (vulgò A*

A Duay *dicitur) eſſe arbitratur. Verùm Cæſaris deſcriptio, huic loco, neſcio an vnquam, certè hac ætate minimè quadrat.*

Cornelius Tacitus de Germanis, homo Romanus, non malè meritus, quem etiam conſtat Belgicæ Galliæ rationes procuraſſe, non potuit tria Rheni oſtia ignorare, quum Cæſar Rhenum, vbi Oceano adpropinquat, in plures diffluere partes ſcripſerit. Verùm ea nominatim non explicat, ſicut nec Plinius qui duorum tantum meminit, tertij velut notioris nullam mentionem faciens. Tacitus præterea eo loci, Batauorum Inſulam, non Rheni oſtia deſcribere voluit. Huc accedit quòd brachium Rheni, ad Septentrionem, nomen ſuum, vt ad Gallicam ripam, nondum mutauerat: ſed tam ad Septentrionem, quàm medio alueo, Rhenus dicebatur. Poſteà lacus illi, in quos Rhenum ſe ad Septentrionem ſpargere, Plinius indicat, vnà cum vicinis paludibus, deductis foſſis, multis in locis exiccati, eaq; Rheni pars, quæ in hæc influebat, intra certas ripas fluere, aggeribus coacta, ISSVLA *dici cœpit. Ad huius dexteram eſt hodie, tot nobilium equitũ patria Comitatus* ZVTPHANIAE, *qui à paludibus, (quas* Venen *vulgus adpellat) nominatur. Peninſula verò, quæ ad ſiniſtram iacet, & ipſa à locis paluſtribus,* VEENAVIA, *id eſt paludum Inſula, corrupto verò vocabulo* VELVA *vel Valauia adpellatur. Verùm de his in* FRISIA *noſtra, vbi ad Oſtergoam & Weſtergoam, id eſt, ad pagos orientales & occidentales, peruentum fuerit, exactius ſcribemus, declarabimusq; quomodo Oceanus crebris tempeſtatibus actus, excreſcens atque exæſtuans, fluuiorum oſtia, à veteribus diligenter deſcripta, confuderit.*

Quæ verò ad Batauorum Inſulam pertinent, in Batauica Hiſtoria noſtra, paucis perſtrinximus, licet ſint, qui abſque ratione, nulla veterum auctoritate muniti, à me in quibuſdam diſſentiant. Sed candidi lectoris eſto iudicium.

Eos qui VETERA *caſtra, nunc* XANTHVM *oppidum*

agri

agri Cliuorum dici putant, Cor. Tacitum oſcitanter legiſſe adparet. Is enim Veterum ſitum deſcribens, partem caſtrorum in collem leniter aſſurgere dicit. Conſtat autem Xanthum in paluſtribus locis fuiſſe, licet paulatim tot annorum ſpatio, terra altius aut adcreuerit aut adgeſta ſit. Legitur in vita Diui VICTORIS *& cōmilitonum eius, quòd corpora eorum in loca paluſtria proiecta ſint, quorum oſſa mea ætate, ſub fundamento templi Diui Victoris reperta, &* MAXIMILIANO *Auguſto, ob inſignem magnitudinem, miraculiq́ gratia, oſtenſa ſunt.*

MARARMANIS *portus, cuius Ptolemæus meminit, eſt inter duo fluuiorum oſtia, Vidri videlicet & Amaſis, ergo nullo modo fuit vbi nunc* CAMPI, *Veenauici littoris oppidum eſt, ſed neceſſe eſt eum fuiſſe in* FRISIA. *Et quum is portus iam nuſquam ſit, excutiendæ ſunt veteres Friſiorum hiſtoriæ, in quibus legitur quòd olim brachium quoddam maris Oceani, tutiſſimum portum magnarum nauium fecit, iuxta arcem* MARARMANIS, *cuius nomen & ruinæ etiam hodierno die manent. Situs quoque huius loci omnino cum gradibus longitudinis & latitudinis per Ptolemæum deſcriptu, concordat.*

De BATAVODVRO, *quod Batauicè* DVERSTAT *dicitur, diſtatq́ duobus plus minus miliaribus ab* VLTRAIECTO, *in Batauia noſtra diximus.*

En habes, Vir Ornatiſſime, incerniculum quoddam ſiue ſpecimen annotationum obſeruationumq́ mearum, quas non alia de cauſa ſcribo, quàm vt Hiſtoriæ Germanicæ veritas conſtet, & patria noſtra vt olim, ita & hoc ſæculo ſua laude & gloria non priuetur. Bene vale. Argentorati. Idibus Ianuariis Anno Domini 1531.

Quæ ſequuntur deprompta ſunt ex eiuſdem Batauica.

GE-

GERARDVS NOVIOMAGVS,

DOCTISSIMO DOCTORI THOMÆ Zegero, Mathematices Profeſſori in Academia Marburgenſi, apud Heſſos,

S. P..

DVM tu iſthic, numeros, dimenſiones, concentus, perpetuosq́ cœleſtium orbium motus, doces, ego hic Cornelium Tacitum, eloquentiſſimum Hiſtoricum, relegi. Deprehendi verò, eos qui Annotationes in Cæſaris commentarios & hunc Auctorem ſcripſerunt, in locorum, quæ infra Coloniam Agrippinam ſunt, declaratione, aliquantulum (vt modeſtè dicam) à ſcopo aberraſſe. Quare quid de his mihi videatur, liberius tibi ſcribo, vt viciſſim tu quoque ſententiam tuam (nam hæc tibi non minus quàm domus tua nota ſunt) mihi perſcribas.

Colonia Agrippina, vetus nomen retinet.

Noueſium aliquot immutatis literis, Nuſſiam dicimus.

Tencteri, Rheno ab Agrippinenſibus (vt Tacitus inquit) diſcreta gens.

Bructeri, ad Lippiam flumen fuêre.

Lippia fluuius, veteri vocabulo appellatur, Germanicè die Lippe. *Vetuſtum etiam Generoſorum Comitum Lippianorum ſtemma viget floretq́.*

Gugerni ſunt, qui vulgò Gulickers *nominantur.*

Gelduba, olim Rheno imminens, Geldriæ nomen dedit.

Aſciburgum, germanicè die Aſchburg, *nunc duarum ſyllabarum in vnam contractione & aliquot literarum eliſione, commutationeq́,* Doeſburg *dicimus.*

Arenacum, Arnhem *vulgò dicitur. Neque enim Andernacum eſſe poterit, quum (teſte Tacito) infra Coloniam Agrippinam ſit.*

Batauodurum, Batauicè Wyck by Duerſteden, *appellatur, vbi*

tur, vbi Epiſcopus Vltraiectinus egregiam arcem occupat, eo loci vbi Rheni pars, Lecca dici incipit.

Vadam, Wagening, Batavi dicunt, oppidum Principis Batauorum prœliis obſidionibusq́; nobile.

Grinnes, ego Rhenos legendum, & Ghynnen, oppidum, indicari puto.

Bethaſii, die Peellanders, Brabanticè dicuntur, qui vltra Moſam habitant.

Tungri, Friſij & Batavi noſtri, vetus nomen non mutarunt.

Canninefates, mutatis ſedibus, & nomine non nihil, ſunt qui Kennemerlanders in Holtlandia eſſe aſſerant, & vocabulum non abludit.

Cauci in Friſiorum nomen conceſſere, dicunturq́; vulgò, die Emderfriſen/ Worſtfriſen / Edderfriſen / Strantfriſen &c.

Non te moueat, quod Latini Hiſtorici, noſtrorum locorum vocabula, dum in ſuæ linguæ formam deflectere volunt, in diuerſum ſonum & literas detorſerint. Id enim & noſtra ætate in multis vocabulis experimur. Vnum & alterum adijciam. Antuerpiam, eius loci ciues, Antwerpen dicunt; Galli, Anuers, Germani ſuperiores Andorff. Angli & Scoti, iuxta ſuæ quiſque linguæ proprietatem, aliter atque aliter pronunciant. Leodium nos Ludick, Galli Liege vocant. Quare priſca locorum vocabula, non ſolùm ex Græcis aut Latinis petenda ſunt ſcriptoribus, ſed magis etiam ex vetuſtis cuiuſque linguæ literis: ita vt nos obſeruemus, ea quæ noſtrate lingua ſcripta ſunt, & maiorum parentúmque noſtrorum loquendi conſuetudinem. Præterea certum eſt Rheni, Moſæ, & aliorum fluuiorum curſus, à Taciti tempore, valdè mutatos. Id quod apud Zanthum oppidum, & alia patriæ noſtræ loca, te vidiſſe non dubito. Iſula quoque fluuij, qui nunc in vtraque ſui ripa, inſignia

gnia oppida & arces habet, nulla apud Tacitum aut Plinium mentio ſit, ſed lacuum tantùm, in quos Rhenus ad Septentrionem ſe exoneret. Conſtat etiam intra ducentos, plus, minus, annos, non fuiſſe tam amplum mare (quod vulgò die Zuyder-zee *dicitur) inter Holtlandiam & Friſiam. Hæc addidi, mi Thoma, vt te animarem, ſatis licet animatum, ad ſcribendum quid de hac mea epiſtolari annotatiuncula, ſentias, néue nimium tribuas, quibuſdam magni nominis auctoribus, qui de patria noſtra Latinè ſcripſerunt.*

Bene vale Argentorati, Anno M.D. XXX. *Kalendis Ianuarijs.*

HERMANNI COMITIS NVENARII BREVIS NARRATIO, De origine et sedibus priſcorum Francorum.

De origine *& ſedibus Francorum priuſquam in Gallias eruperint, eorum qui hactenus eius gentis hiſtoriam ſcripſerunt, nemo ſatis fideliter accuratéque tractaſſe mihi videtur: Quidam enim antiquiores, quòd ſeculum illud infeliciſſimum eſſet, ad fabulas plerumque prolapſi ſunt, quoniam delectum non habebant, nec ſine bonarum literarum cognitione de rebus hiſtoriæ exactum poterant proferre iudicium: Fuerunt enim inter eos, qui à Troiano excidio Francorum deducerent gentem, idq; tam apertè aſtruentes, vt etiam regum nomina adſcriberent, neſcio quid Græcanicæ proprietatis ſubolentia. His omnibus prior anſam dedit Hunibaldus, quem vixiſſe putant non multò poſt Theodoſij Imperatoris tempora, licet mihi non multum fidei faciat auctor tam fabuloſus & barbarus, quem cùm multis ex cauſis, tum vel maximè ob id ſuppoſititium putauerim, quòd Theodoſij vel Gratiani temporibus nõdum adeò degenerauerat in extremam barbariem Latinus ſermo, vt tam abiecto ſtylo ſcribere potuiſſet: præterea cùm (ſicut ipſe teſtatur) tam vehemens tunc Francorum in Romanos odium vigeret, vt multis in locis ne veſtigia quidem Ro. relinquenda putauerint, quo illorum memoriam extirpare è Germania atque Gallia poſſent, mihi veriſimile non videtur, Hunibaldum ea ipſa lingua gentis ſuæ hiſtoriam tradere voluiſſe, quam*

tam

tam acriter inſectabantur omnes, ſed opinor ſtudioſum aliquem nonnulla ex Hunibaldo collegiſſe, eaq́ʒ ſuo more, ſine ordine, ſine iudicio ſic in volumen redegiſſe, quemadmodum nunc apud quoſdam habentur. Quod ſi quis omninò contendat, hunc ipſum eſſe Hunibaldum, non ficititium, ſed verum, huic libens concedam, modò ne me cogat illi fidem facere in ijs rebus, quæ ſolent ſpectatæ eruditionis & doctrinæ virum expoſtulare. Non magnoperè enim me illi opponerem, niſi Troianos meliores putaſſet Germanis, & quos Cor. Tacitus atque Strabo, indigenas ſemper fuiſſe pronunciant, eos ipſe Aſiaticos origine faceret: ſed quàm hoc ſine omni iudicio facere aggreſſus ſit, alij mecum iudicent. Nam ſi Troianum bellum fuiſſe aliquando (quod pulcherrimis rationibus negat Dion Pruſenſis, ſacra Aegyptiorum fultus hiſtoria) putandum eſt, certè non facilè perſuadebit mihi Hunibaldus, tantum hominum numerum ſub tam famoſo duce furtim abſcedere potuiſſe; cuius rei nullus Græcorum ſcriptor mentionem faciendam cenſuiſſet. Neque enim tanto hominum numero in Italiam Aeneas & Antenor profugiſſe leguntur, quanto Priamum Iuniorem Hunibaldus ad Scythiam veniſſe contendit. Tamen horum fugam Dares non tacuit, quem nonnulli militaſſe eo bello putant, & omnes Græcorum hiſtoriæ teſtantur hos ſolos expugnatæ vrbis reliquias fuiſſe, qui in ipſo Græcorum inſultu fuga ſalutem quæſiuerint, poſtmodumq́ʒ alter Venetiam, alter Latium inuaſerint. At Priami illius Iunioris nullus vnquam veterum meminit; eoq́ʒ magis admirari cogor eos, quibus pro miraculo eſt Hunibaldus iſte, quaſi confingere regum nomina opus ſit laborioſum, præſertim vbi earum rerum, quas ſcribit, præter ipſum nemo meminerit hiſtoricus. Iam vide, quã fidem mereatur, quòd ait Francorum populum profugum veniſſe ad Scythiam, ibiq́ʒ ciuitatem conſtruxiſſe nomine Sicambriam. Quis huius vnquam ciuitatis auctor meminit? An non tam facilè nouam

vrbem

vrbem confingere ſola ſua auctoritate potuit, quàm ridiculè nouam gentem à Troiano deduxit excidio? Nam eos parùm admodum curo, qui ipſum ſequuti ſunt, nempè Gregorium Turonenſem Epiſcopum, & Rheginonem, atque Sigibertum Gallum. Mihi non probatur aliam eſſe Sicambriam, quàm illam celebrem Germaniæ prouinciam inter Buſacteros paruos & Bructeros Langobardoſq́, auctoribus Ptolemæo, Cornelioq́ Tacito conſtitutam, vbi etiam Abbas Spanheimenſis putat habitaſſe Francos, & idipſum mihi à ratione non videtur alienum: primo, quòd vicini fuerint Gallis, cum illis etiam perpetuò bella geßiſſe traduntur, quemadmodum & ipſorum teſtantur annales. At quî poterant ſemper bella gerere niſi cum vicinis, vtpote quos tantum Rhenus fluuius ſepararet, ab altera enim parte vel Bataui, vel Eburones, vel Menapij, vel vbi erant, quos omnes viciſſe Francos conſtat, priuſquam in Celticam & Lugdunenſem mouerent. Iam de Sicambris conſtat, quãto in Gallos odio flagrauerit ſemper ea gens, adeò vt Octauianus claudere Iani portas non poſſet, niſi prius traductis in citeriorem Rheni ripam aliquot Sicambrorum millibus, auctor eſt Suetonius Tranquillus. Taceo nunc, quod de Francis Hunibaldus ſcripſit, coma vſos, capillitijq́ magnam habuiſſe curam, ideoq́ deuictis Gallis in ſignum ſeruitutis comam totondiſſe, vt victores à victis eò faciliùs dignoſcerẽtur. Hæc etiam Sicambris optimè quadrant, de quibus initio Epigrammatum Martialis, Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri: & calamiſtro ad ornandam comam vſos nonnulli Romani ſcriptores tradiderunt: nullæ enim aliæ Germaniæ gentes ſic à coma prædicantur, vt Sueui & Sicambri. Porrò quòd poſtea nomen mutauerint, id aliquo euentu factum eſſe poteſt, vt quotidie fieri videmus. Qui enim nunc Leodienſes, olim Eburones fuerunt, Colonienſes Vbij: Sic Auſtria nunc appellatur, quæ olim Pannoniæ pars erat: ſic Alſatia dicitur, quæ olim Ale-

mania; ſic occidentale vulgò Lotharijq́; regnum dicitur, nobilis illa Belgicæ pars ab Argentorato vſque ad Treuiros protenſa, idq́; tantummodò ob partitum Francorum in tres partes regnum, quarum poſtrema atque minor Lothario Cæſari obuenerat: Weſtfalia nunc dicitur, quæ Saxonia olim fuit: quæ breuiter in medium attuliſſe ſufficiat, vt nulli mirum videatur, ſi mutato nomine qui antè Sicambri dicebantur, poſtea Franci appellari potuerint. Siue enim Franci à rege eorum Francone (vt auctor eſt Hunibaldus) ſiue à libertate, quod Gregorius Turonenſis & Sigibertus putant, non multum ad rem noſtrā facit. Ex hiſtorijs hoc nomen ſub Antonini & Probi Impp. tempora agnitum reperio. Trebellius Pollio in vita Probi Cæſaris, Teſtes, inquit, ſunt Franci in inuijs ſiti paludibus: & ſæpè cùm Germanorum enumerat gentes, interſerit & Francos. Paludes autem eſſe nemini ambiguum eſt ea in parte Germaniæ, quam nos Sicambriam olim dictam credimus, videlicet, vbi nunc Zutphania vrbs ſita eſt, & non longè ab Aſciburgo, quam Embricam quidam vocari putant, ingens & famoſa palus verſus Weſtfalos protenditur. Præterea vbi Friſij occidentales, hodie Monaſterienſes & Traiectenſes Geldrienſibus & Hollandis contermini ſunt, ſolum ipſum naturæ paludoſum cernitur. Sic etiam intelligi poterit, quid de Francorum ſedibus 1. libro Gothicorum bellorum Procopius ſcribit, cuius verba, quia planè in Germania Francos ponunt, eo libentius ſubſcribam, quòd ſciam quoſdam hoc peſſimè habiturum, qui noſtræ gloriæ ſemper inuiderunt: Deſcribens enimuerò ſitum locorum, vbi Rhenus in Oceanum Germanicum præcipitatur, Hiſce, inquit, locis paludes ſunt non modicæ; vbi primitus Germani habitabant, gens barbara, nec magni tunc momēti viri, qui nunc appellantur Franci, ijs finitimi Arborici erant: hæc Procopius. Sed quantum ad loci deſcriptionem, quæ χωρογραφία dicitur, attinet, condonandum aliquid eſt illis, qui

de rebus

de rebus incognitis atque remotiſsimis ſcripſerunt. Fuit enim Procopius vir equeſtris ordinis, qui apud Iuſtinianum Cæſarem in Græcia militabat. Veriſsimum eſt illud Plinij 11. *Naturalis hiſtoriæ libro dictum, Locorum ſitus diligentiſsimè explanari ab ijs, qui inde prodiſſent. Porrò non multùm diſtant Sicambri ab oſtijs Rheni, vt homo Græcus facilè hallucinari potuerit: vel certè præter Sicambriam, Batauiam atque Hollandiam quoque inhabitauerunt. De Arboricis autem quid ſibi velit non ſatis intelligo, niſi quòd inſulæ Arboricæ adiacere dicuntur illi prouinciæ, quæ nunc Hollandia vocatur. Idem auctor libro* III. *ſcribit; Germanos Galliam debellaſſe, permiſſuq; Iuſtiniani Cæſaris poſsidendam accepiſſe, vnde, inquit, & Arelatæ nunc habitant. Sed de alia Germanorum gente credi hoc non poteſt, cùm Francos eo tempore tota Gallia potitos conſtet. Primus enim Francorum Clodoueus vniuerſam Galliam eiectis Romanis obtinuiſſe traditur. Is verò Martiani Imperatoris temporibus regnauit, poſt quem Iuſtinianus imperauit* C. *ampliùs annorum interuallo, & à Clodoueo vſque ad* CAROLVM MAGNVM *res Francorum incrementa ſemper ſumpſerunt, donec totius ferè Europæ tenerent imperium. Hos igitur inclytos Germanos Procopius notauit, à quibus etiam hoc tempore Imperator Arelatenſis regni titulum retinet. Quos in Sicambria olim ſedes habuiſſe, & vera origine Germanos fuiſſe indigenas, non Troianos (vt fabulantur quidam) mea fert opinio, quam non parùm promouet, quod Abbas Spanheimenſis ait haberi apud Remos inſculpta hæc verba, quibus B. Remigius Clodoueum baptiſandũ allocutus fuerit:* MITIS *depone colla Sicamber. Neque Hunibaldus inficiatur, hanc Francos inhabitaſſe prouinciam, poſtquam è Scythia digreſsi ſunt, annis ante Chriſtum natum non minùs* CCCC. *Quare miror magis eorum Regum nomina, quæ recenſet, poſt aduentum eorum in Ger-*

maniam non reperiri apud Romanos ſcriptores, inter quos Strabo Auguſti tempore tres nominat Sicambrorum reges, quorum nullus eſt in catalogo Hunibaldi. Si quis aliter ſentiat, illi non obnitar, liberum cuique ſuum eſto iudicium. Hoc tamen pro mea interim ſententia adducam, gloriæ cupiditate multos olim fuiſſe inductos, vt antiquiſsimam originem ſuam facere conarentur. Qui enim aliis meliores videri volunt, hoc potiſsimùm ſtudent, vt cum aliis nihil habeant commune. Hinc etiam Saxones, qui ſemper inter Germanos præcipuum locum habuerunt, origine ſe Macedonas gloriabantur, hac in re non minùs ridiculi, quàm Franci. Eamq́; ob cauſam res ſtrenuè geſtas nequaquam communi vocabulo Germaniæ tribuebant, ſic ſuam gloriam vileſcere rati: hoc enim & Gothi & Vandali factitarunt, vnde paulatim à vulgo creditum eſt, eos extra Germaniam fuiſſe. Sed hæc breuiter attigiſſe ſufficiat.

EX SVIS LEGIBVS TESTIMONIA, FRANCOS FVISSE GERMANOS.

RESTAT, *aliqua ex ipſorum Francorum monumentis afferre teſtimonia, idque tanta breuitate aggrediemur, vt tædium legentibus nullum afferamus, diligentibus reliqua committentes. Duas Francos habuiſſe leges ipſorum auctores teſtantur, Salicam atque Ripuariam, quibus nullus regum ante* CAROLVM MAGNVM *adiicere quicquam tentauit. Eæ cùm apud ipſos plurimi ſemper momenti habitæ ſint, ac in Latinam linguam poſterioribus ſeculis translatæ reperiantur, eò maiorem aduerſariis auctoritatem præſtabunt. Ipſarum quoque penes me exemplar fuit, ipſius Caroli Magni tẽporibus conſcriptũ, in quo paſsim gentis vocabula quæ Latinis verbis reddi non potuerunt, vernaculæ Ger-*

Germanorũ lingua exprimũtur, quam rem ex ipſarum legum capitulis probaturi ſumus: vt liquidò appareat, noſtræ Germaniæ non paruam infligi contumeliam, cùm illi ſua eripitur gloria, Francorum olim egregijs virtutibus parta. Legis Ripuariæ capitulo xv. vbi loquitur de ijs, qui interfectum hominem celant, vel in puteum deijciunt, exponit ſeſe hoc modo, quod dicitur ermoꝛdet/ Ermoꝛden enim interficere hominem ſonat, eo modo quo ſolent latrones, & eſt conuitij verbum.

Item paßim pro pecunia, qua quis multam ſoluit aut redimit, Wergelta ponitur: gelt enim pecunia eſt Germanis, & weren defendere.

Cap. xxxviii. vbi enumerat quædam inſtrumenta armorum: Spatham inquit cum cogilo pro capulo, & Helmum pro galea, & Beinbergas, pro armis quibus teguntur crura, Bein enim crus appellamus.

Item Fredum appellat compoſitionem, qua quis pacem à principe impetrat, Fridt pax.

Cap. lxxxix. hominem forbannitum. i. exilio damnatum: forbannen enim eſt in exilium mittere.

Cap. xc. Grauionem comitem, qui etiam hodie grauen dicuntur.

Multa inſuper quæ enumerare opus non puto: de reliquis lector coniecturam faciat. Quod ſi quis dicere velit, Ripuariam legem ſolis Ripuarijs fuiſſe promulgatam, qui Francorum quidem ſocij non de eadem gente erant, opponam illi Salicam, quæ proculdubio antiquißima fuit, ſecundum quam iudicare ſolebant Franci.

Cap. primo docet, quomodo ſit maniendus, vbi manire pro citare.

Cap. vj. canem Seuſium, id eſt, porcarium, vel doctum ad inueſtigandos apros, quod nos ein Seuſzhundt/ vel Schwynhundt.

Cap.vij.Sparuarium pro aue,quem hodie quoque Sperwer *dicimus.*

Scuriam pro horreo, ein Schuer.

Cap. xxiiij. Sluſam de farinario, pro clauſura.

Cap.xxviij. Schellam de caballo,pro inſtrumento,quod vulgo campanellam vocant ſiue tintinabulum, quo vtuntur equi onerarij,ein ſchelle.

Reſſare ſegetem, pro vellere.

Cap.liij.Rachinburgij dicuntur commiſſarij ad componendas lites inſtituti. Rachten *enim componere*, Burgen *fideiuſſores.*

Cap. lxj. Durpilum exponit liminare domus, Durpel.

Item ex Conſtitutionibus CAROLI MAGNI *ad Salicam legem adiectis, teſte quoque* EGINHARTO.

Cap. iiij. Feidoſum appellat, qui hoſtis eſt publicus, Feed *enim bellum ſignificat.*

Herbannus,multa,quæ Domino,hoc eſt,principi debetur.

Scaram pro turma, Schar.

Herbergam pro hoſpitio.

CLXX. *ſic ſcribitur, Quicunque abſq; licentia principis de hoſte reuerſus fuerit, quod factum Franci* Hereſclit *dicunt, volumus, vt antiqua cõſtitutio. i. capitalis ſententia erga illum puniendum cuſtodiatur, ab exercitu, quem* Here *vocamus.*

Cætera (quæ multa ſunt) partim iam vſu abolita, ſed adhuc Germanicam originem teſtantia, quædam etiam adhuc vulgari conſuetudine recepta, conſultò præterire ſtatui, ne lectorem ad alia iam properantem detinuiſſe videar.

DE

HVBERTI THOMAE Leodij

DE TVNGRIS ET EBVRONIBVS ALIISQVE INFERIORIS GERMANIÆ populis Commentarius.

Ad illuſtriſſimum Principem D. CORNELIVM A SEVENBERG *Leodiorum Antiſtitem.*

NATVRA, illuſtriſſime Princeps, quum hominem inſtitueret,& præ cunctis animantibus ratione, & peculiaribus alijs multis dotibus, prælatum eſſe voluiſſet, hanc quoq; illi ceu prerogatiuã attribuit, vt non ſecus quàm parentes & liberôs, patriam,in qua natus & primos vagitus edidiſſet, amaret, coleret & amplecteretur. Idque adeo inualuit apud omnes, vt is humanitatem exuiſſe veteribus viſus ſit qui naturali hoc inſtinctu non duceretur. Etſi enim philoſophi quidam,in hoc, meo iudicio, parum homines,vt cæteros,hunc quoque adfectum è mentibus extirpandum cenſuerunt, effeciſſe tamen haud multum, inde colligitur, quòd ijdem qui nullam patriam ſibi eſſe voluerunt, pro patria in qua nati fuere & educati, fortiter pugnarunt, & mortem interdum ſubire turpe non exiſtimauere; & perpauci reperti ſint, qui patriam non libenter illuſtrarent, aliqui egregijs facinoribus, nonnulli ingenij ſui præclaris monumentis. Vnus inuentus eſt Homerus, qui naturæ hoc debitum, vt in hoc forſitan ſapere videretur, patriæ denegauit, quam ſi vel ſemel nominare dignatus eſſet, nulla ſub cælo hoc quod intuemur clarior extaret. Contrà meritò laudatur Heſiodus, qui nihil non fecit, vt Aſcram patrium oppidulum, ad radices Parnaſi ignobile, aſperum,infertile,& nihil boni habens,notam & inclytam redderet. Poſſem ad hanc cauſam multa veterum exempla adducere,niſi epiſtolari anguſtia cohiberer. De noſtræ

ætatis hominibus, & iis tantum Germanis, qui natale ſolum ſcriptis illuſtrarunt, aliquid dicendum, quod ad præſentem materiam attinet, exiſtimaui. Legebamus non adeo ante multos annos, veterum ſcriptorum hiſtorias, de rebus vel à Germanis in alieno ſolo, vel ab exteris in Germania geſtis, libenter quidem mehercule, ſed non ſine faſtidio; cùm nec nomina gentium per quas & in quibus contigiſſe memorabatur, agnoſceremus, miraremurque vehementer vnde tanta omnium rerum alteratio, vt nulla gens, nulla prouincia, nullus Germaniæ tractus, nomen quo olim appellabatur, hodie retineret. Tandem addubitantibus ſuccurrit nobis diligētiſſimus antiquitatis ſcrutator Beatus Rhenanus Slettadienſis de rebus Germanicis libris duobus, & Althamerus editis in Cornelij Taciti libellum de ſitu & moribus Germaniæ, Gerardus item Nouiomagus nobis reſtituit Batauos. D. Aegidius Tſchudius Rethos, Baioarios Auentinus, Flandros alius, alius Gothos & Scandianos. In ſumma vix vlla gens reſtat in Germania, quæ ſuum non repererit illuſtratorem. Soli Tungri & Eburones Germanorum omnium in Gallia Belgica antiquiſſimi, & qui ſub his comprehenduntur, tanquam perpetua tecti caligine, obſcuri & ignoti remanent; necdum repertus quiſquam qui illorum miſereretur, aut manum qua ſeſe arrigerent, admoueret. Et ſi non deſunt in hac gente quibus & doctrina & otium ſuppetit, & præſentes melius, certius & efficacius, quàm abſens aliquis quæ ad eam rem attinent, præſtare poſſent. Quum enim nulla gens in tota Gallia fuerit, quæ Romanis atque adeò ipſi Caio Iulio Cæſari, in illo decennali bello, plus negotij fecerit, à qua plus damni acceperit, cum qua ſæpius congreſſus ſit, atque cum Eburonibus, requirere, demonſtrare, deſcribere loca quæ incoluerunt, vbi pugnarunt, vbi victores, vbi victi fuerunt, quibus olim & nunc nominibus appellentur, vix alius rectè, quàm is qui cotidie illa intuetur, poterit nemo. Quare ſum aliquando nonnullos

nullos cohortatus, vt hac pietate patriæ ſubuenirent, ſed audire noluerunt. Placentius fuit qui Catalogum Epiſcoporum Tungrenſium conſcripſit ex fabuloſis annalibus,iudicium nuſquam adhibens, ſed vt reperiebat,ita & tradidit. Berſelius ſæpe aureos montes pollicitus, fumum dedit. Alij quos opus non eſt nominare, forum & lites ſibi vtiliores rati, hanc prouinciam contempſerunt. Quid hic facerem illuſtriſſime Princeps, quem ſollicitabat amor patriæ,cuius imago obſcura & lacera ſemper ob oculos verſabatur, & precanti auxilium ſimilis, quieſcere non ſinebat. Sciebam onus eſſe haud quaquam meis humeris conueniens, neque me tali ingenio aut doctrina præditum, vt tam difficili & pene inextricabili negotio ſatis facere poſſem. Ad hæc innumeræ peregrinationes quas per vniuerſum pene orbem Chriſtianum indeſinenter in viceſimum annum, cum ſumma corporis & animi moleſtia ſuſtineo, adeò totum me ſibi attribuerunt,vt ne minimum quidem otij,quod huiuſmodi ſtudijs impertirem, reliquerint. Nihilominus tandem ſupra vires animum ſumpſi,volens deſiderio meo ſatisfacere, atq; incipio relegere hiſtorias, digreſſus ab equis in diuerſoria, dum cœna paratur,equi inſternuntur, frenantur, famulus adcingitur,annoto quicquid ad Tungros & Eburones facere deprehendo, conſcribo in ſchedas, & nonnullis interdum ōſtēdo,quibus cœptum omnino non diſplicuit,præſertim D.Henrico à Dhornis,& D.Arnoldo à Tungris,viris altero genere,altero pietate, vtroque verò inſigni doctrina ſpectabilibus, dictu mirum quàm his labor noſter perplacuit, & quantis precibus inſtiterint vt pergerem, imo contendere crebrius vt inchoatum opus abſoluerem, nec tolerarem diutius Tungros atque Eburones, hoc eſt patriam in qua natus eſſem, perpetuò exulare, nec verendum eſſe mihi Auli illius infamiam, quem Cato ob id ipſum nugatorem appellauit, quòd nulla neceſſitate coactus Romanorum res Græcè ſcripſiſſet, culpamque deprecaretur,

ſi vſquam peccaſſet homo Romanus in aliena lingua; qui ſi à ſcribendo abſtinuiſſet, culpa prorſus vacauiſſet. Patria hoc peteret, patriæ hoc deberem quæ me nutriuiſſet, & ingratitudinis reum procul dubiò accuſaret, ſi tantillum operæ ſibi denegarem. Collegi igitur animum, & quam videt Celſitudo tua Tungrorum & Eburonum hiſtoriã ex diuerſis auctoribus, præſertim ex diſertiſſimis Caij Iulij Cæſaris commentarijs de bello Gallico, congeſſi, ſubinde locorum & nominum mutationes indicans, quæ hactenus lectores remoratæ ſunt. Adieci etiam nonnullos ſecundę, ſiue inferioris eiuſdem Germaniæ populos, vt Hannones, Sycãbros, Samarobrinos, alioſque non paucos, vt hi quoque aliquid lucis reciperent, & pluribus gratificarer. Hanc qualemcunq; meritò tuæ Celſitudini dedico, vt Tungrorum & Eburonum præſul ſuam gentem agnoſcat, intelligatque quibus primordijs & auſpicijs vrbs Leodium & fundata ſit & creuerit, non ex fabuloſis hiſtorijs, ſed certis & veris ſcriptoribus, quorum nomina ſtatim ſubnectam. Tuum erit clementi animo accipere, D. Henrico à Dhornis & D. Arnoldo à Tungris temeritatem editionis, mihi verò & ſuſcepti laboris & dedicandi audaciam adſcribere, boniq́ue conſulere, & imprimis condonare, quòd non, vt ſolent plerique, hîc omnes in tuas laudes erumpam. Tua te bonitas, pietas, ſingularis virtus, & clementia orbi notum facit, nec opus habet præcone. Deum opt. max. oro vt tuam Celſitudinẽ ſanam & incolumem diutiſſimè cõſeruet. Ex Heidelberga calen. Decemb. Anno M. D. XL.

AVCTORES QVIBVS VSVS SVM.

C. Iulius Cæſar. T. Liuius. Florus. Lucanus. Tranquillus. Ammianus. Cicero. Antoninus Pius. Flauius Vopiſcus. Strabo. Velleius. Ptolemæus. Iulius Capitolinus. A. Hirtius. Eutropius. Plutarchus. Oroſius. Appianus.

EX RECENTIORIBVS.

Beatus Rhenanus. Abbas Vrſpergenſis. Annales Leodiorum. Placentius.

DE

DE VETVSTISSIMAE VRBIS TVNGRORVM ET GERMANI NOMINIS ORIGINE.

GALLIÆ *Belgicæ tractum, eum quem ad Septentrionem porrectum, Moſa interfluit amnis, & vrbs nobilitat maxima, quam hodie Leodium vocant, olim ab initio indigena tenuit populus, donec Tungri, qui Teutonorum omnium primi in Gallias irruperunt, vt ait Cornelius Tacitus, transmiſſo Rheno in has terras venerunt, quas armis pulſis incolis, occupatas, etiamnum hodie retinent, vbi oppidum vel condiderunt, vel anteà conditum, de ſuo nomine, Tungros appellarunt, ampliſſimo quidem murorum ambitu, vt adhuc veteres indicant ruinæ, & agro feraci longeq́; optimo, ad vtramq; fluuij Iecoræ ripam, qui iuxta Traiectum oppidum nobile, in Moſam exonerat. Huius etiam mœnia, vt pleriq; volunt, & nonnulla eius rei viſuntur veſtigia, Oceanus alluebat, qui nunc æſtibus aduecta arena, vt fieri ſolet, remoratus, quàm longiſſimè abeſt, oppidumq́; exiguum, ſubtractis commoditatibus quæ mari proueniunt, reliquit, adorandum equidem non vno nomine Germanis omnibus, quòd hic maiorum inter exteras nationes rei primæ omnium præclariſſimè geſtæ, vetuſtiſſimum cernant monumentum, quod toties propemodum funditus deletum, linguam, nomenq́; parentum abijcere noluerit; vbi denique nomen, quo veluti in corpus redigerentur, primum inuenere Teutones, Germaniq́; appellari cœpti ſunt. Ante hanc enim Tungrorum in Gallias irruptionem, Germaniæ Germanorumq́; nomen inauditum erat, & gens quæ iam dudum hac appellatione*

terrarum

TVNGRI primi ex Germanis Galliam occuparunt.

TVNGRI oppidum.

Germani vnde dicti.

terrarum orbi notiſsima eſt, non vno, ſed diuerſis cenſebatur nominibus. Dicebantur enim Teutones, Cimbri, Tungri, Marſi, Gambriuij, Sueui, Vandali & huiuſmodi. Tungris autem ob rem bene geſtam, applaudentes iam dictæ gentes, vno nomine aliquandiu ſe Tungros appellarunt. Verùm cùm vnius nationis peculiare vocabulum diu omnibus commilitonibus non placuiſſet, vt ſuſpicatur non immeritò libro primo rerum Germanicarum Beatus Rhenanus, proprium aliud nomen ſibi excogitarunt, quo deinde vniuerſi appellarentur, inſignem prorſusq́ virilem audaciam ſignificans, hoc eſt Germanos ſeſe cognominarunt, quos poſtea imitati ſuperioris Germaniæ populi Alemanni dici voluerunt, vocabuli duntaxat primis literis, ſignificatione nihil differentes. Garman enim ſiue German Teutonorū lingua prorſus vir, Alleman verò totus vir dicitur. Hæc eadem etiam ſubindicat Cæſar commentario ſecundo, dum ait: Eburones, Pæmanos, Cereſos, Condruſos omnes vno nomine Germanos appellatos fuiſſe. Nec quenquam moueat hic dominus Aegidius Tſchudius aliam ex Strabone adferens Germaniæ nominis originem, niſi idem præſtet in Allemannia, Nortmannia, Marcomannia & huiuſmodi alijs in man exeuntibus, quæ quàm plurima ſunt, ita vt nō poſſit ſingularitas in Germaniæ vocabulo allegari aut ſuſpicari, & ſi ſit non parua aut indiligens Strabonis auctoritas. Quis enim audiuit Romanos gentibus nomina impoſuiſſe, & non proprio & communi appellaſſe? Hinc facile Tungrorum antiquitas colligitur, hoc eſt, diu ante Chriſtum natum Tungros conditos: nam Germaniæ nomen vetuſſimum eſt, & multis ante Iulium Cæſarem ſeculis auditum, licet in commentarijs quæ de rebus abs ſe in Gallia geſtis diſertiſſimè conſcripſit, Tungrorum nullam faciat mentionem, quòd forſan ea tempeſtate Eburonum nomen præualuerat, &

Tungri

Tungri illorum parerent imperio. Quòd autem fuerit ampla & potens ciuitas, Ammianus Marcellinus ſcribit in hæc verba: Secunda, inquit, Germania ab occidentali exordiens cardine Agrippina & Tungris munita ciuitatibus amplis & copioſis. Plinius quoque cum alibi in deſcribendis Galliæ vrbibus, tum trigeſimo primo huius vrbis facit mentionem: Tungri. inquit, ciuitas Galliæ fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur, purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumq́ vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit, ad poſterum rubeſcit. Hæc ille. Extat etiamnum hodie inter vrbis ruinas hic fons, eamq́ naturam habere & mihi probatus eſt, & vulgus Tungrorum credit. Verùm neſcio cur medici illi hanc efficaciam abnegent, ſuæ commoditati forſan conſulentes. Præſtantes etiam bello viros habuiſſe Tungros, veteres hiſtoriæ non ſemel tradunt, præſertim Tacitus, qui Campanum & Iuuenalem primores Tungrorum nominat, qui cum Ciuile Battauo aduerſus Romanos arma coniunxerunt. Tungrorum item cohortes duas & quatuor equitum turmas in Italia militaſſe ſcribit Vitellij & Otonis temporibus. Iulius Capitolinus item ſcribit, Tauſium quendam è Tungris cunctantes in necem Pertinacis Imperatoris milites, loquendo in iram & timorem adduxiſſe, & haſtam in pectus Pertinacis obieciſſe. Nec alibi uſquam facilè plura victoriarum monumenta & trophæa reperies, atque in agro Tungrorum, quibus ſcilicet contecta ſunt cæſorum corpora. Nihil etenim aliud ſunt terrei illi tumuli, qui oppido egreſsis, qua ad Centrones & Leodium iter eſt, ſtatim apparent, quàm mortuorum ſepulchra; Romanis quandoquidem mos fuit ita ſepelire, qui in acie conciderant, vt de clade Variana memorat Tacitus: Romanus, inquit, qui aderat exercitus, ſextum poſt cladis annum,

Fons Tungrorum.

PERTINACIS mors.

annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reli- quias, an ſuorum humo tegeret, omnes vt coniunctos, vt conſanguineos, aucta in hoſtem ira, mœſti ſimul & infenſi condebant. Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar po- ſuit gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Tungros ſub Veſpaſiano in ditionem acceptos ſcribit Tacitus libro viceſimo. Fabius, inquit, Priſcus legatus quar- tam decimam legionem terreſtri itinere in Neruios Tun- grosq; duxit, eaq; ciuitates in ditionem acceptæ. Libet hic adſcribere hiſtoriam, quam ponit Flauius Vopiſcus in Nu- meriano, vt ſcias temporibus Diocleſiani nondum Chriſtia- nos Tungros fuiſſe: Cùm Diocleſianus, inquit, apud Tun- gros in quadam caupona moraretur, in minoribus adhuc lo- cis militans, & cum Druide quadam muliere rationem conuictus ſui quotidiani faceret, atque illa diceret: Dio- cleſiane, nimium auarus, nimium parcus es; ioco non ſerio Diocleſianus reſpondiſſe fertur: Tunc ero largus cùm Impe- rator fuero. Poſt quod verbum Druis dixiſſe fertur: Dio- cleſiane iocari noli, nam Imperator eris, cùm aprum occide- ris. Semper exinde Diocleſianus in animo habuit imperij cupiditatem. Cùm autem eſſet Auguſtus appellatus, & quæreretur quemadmodum Numerianus eſſet occiſus, edu- cto gladio Arrium Aprum præfectum Prætoris percuſſit di- cens: Hic eſt auctor necis Numeriani; & ita Druidis di- ctum impleuit. Longè lateq; imperaſſe Tungros oppida ab illis cōdita declarant, Tungerlo *in Aduaticis, & Tungrina ſupra Namurram, item in Toxandria Tungerlo, Tungerlo in Comitatu Loſſenſi, Tungerlo prope Blaſacum, Tunger- lo iuxta Grauiā, nunc in villas abierunt. Viſitur Tungris ſa- cellum vetuſtiſſimum Herculi ſacrū, vt illius ſupra ianuam effigies oſtentat. Hoc fabulantur à Materno conſtructum in honorem diuæ virginis, cùm Materni ætate nondum delubra fierent:*

Auſpicatus eſt apud Tungros imperiū Diocletianus

fierent : ſed conſtituebat vir ſanctus Eccleſias fidelium, uti Apoſtoli in Aſia & alibi: quod non intelligentes indocti, exiſtimarunt illum templa condidiſſe, qui ne obulum quidem habebat: nec pertuliſſent Romani eo tempore Tungrorum domini, virum nouam religionem prædicantem tanta pollere auctoritate, vt etiam ſacras ædes conſtrueret; quod ipſum nemini, niſi principibus viris permittebatur. Hæc ſunt quæ de primis Tungrorum exordijs primaq́ Germani nominis inſtitutione, hoc loco referenda exiſtimaui, plura ſubinde inter ſcribendum, cùm locus admonebit, dicturus. Quod autem Octauia nonnunquam fuerit nuncupata, vereor ne ſomnia ſint eorum, qui ne oppidi quidem ipſius nomen rectè tenent, nunc Tungrim, nunc Tungarim appellantes, cùm Tungri plurali numero, vt Philippi, Rhemi, Ambiani, ab eruditis omnibus & ijſdem antiquiſſimis nuncupentur. Habes præterea Tungros, non à Troianis oriundos, vt audent multi tradere, ſed verè Germanos & Germanici nominis primi auctores: vbi verò antiquas habuerint ſedes, etſi nuſquam reperio relatũ, lingua tamen Tungrorum arguit eos eſſe ex iis populis qui infra Vbios incoluerunt, vbi vicus Tungernheym *perdurat, quod Tungrorum patriam Latinè dixeris. Dialectus enim Sicãbrorum, Tungrorum, Menapiorum, Bethaſiorum & Maſacorum vna eſt, & à ſuperioribus Germanis aliquantum diſcrepat. Eſt & alia mihi coniectura ex oppido Tungerſe, quod eſt in Francis orientalibus, qui olim è regione Coloniæ Agrippinæ habitarunt vltra Rhenum, deinde vnà cum Tungris eas terras, quas nunc tenent circa Herbipolim, occuparunt, & Tungernſe, id eſt lacus Tungrorum incoluerunt.*

TVNGRI.

Tungernheim vicus.

EBVRONES, *qui nunc Leodienſes appellantur, gente & numero Germanos fuiſſe teſtatur Cæſar. Quapropter vel vnà cũ Tungris è Germania, vel poſtmodum Tungrorũ exemplo, quòd illis emigrationem feliciter ceßiſſe animaduerterent, ad Moſam armis ſibi quæſiſſe ſedes certum eſt, latißimosqúe fines occupaſſe, vtpote ab Aduaticis, & extremitate Arduennæ ſyluæ, vſque ad Rheni & Moſæ confluentem, à Treueris item vſque ad Oceanum, & ferè quantum nunc eſt Leodienſis diœceſis, tanta potẽtia, vt Tungrorum nomen aliquandiu obſcurauerint, nihilominus tamen quo tutiores in aliena terra degerent, patrocinium Treuerorum, qui Gallorum omnium bellicoſißimi habebantur, volentes agnoſcebant. Quomodo autem germanicè appellati fuerint, coniecturã hanc adducere, viſum eſt non abſurdum. E Germania in has terras irrupiſſe Eburones, iam dixi; fuiſſe autem ruſticam plebem opinor ex nomine.* Bur *enim ruſticum, &* Buren *pluraliter ruſticos, Germanus dicit. Fuit autẽ olim & eſt circa Weſtphaliã gens & terra vetus hodie Comitatus titulo, adhuc inſignis, Germanicè* Die Ey *ſiue* Hey. *Ex hac inquã terra ruſtici profecti* Eyburẽ *ſunt vocati, quaſi* Eyorum *ruſtici, deinde expuncto* y Eburen, *& à Romanis Eburones, quorum nonnulli in ea parte Arduennæ ſyluæ* EYFELT. *conſederunt, quæ* Eyfelt, *id eſt* Eiorum *campus nuncupatur: longo poſt tempore ijdem* Ey *ſiue* Hey, *quum Suevi, Heßi, Franci, Cheruſci ſuperiorem Germaniam occuparent, agrum quem hodie* Hegau *ſiue* Egau *vocant, obtinuerunt. Hæc de Eburonum nominis origine mihi eſt coniectura. In horum atque Condruſorum fines, Cn. Pompeio & M.*

& M. Craſſo conſulibus, hoc eſt, anno ab vrbe condita DCC. ante autem natum Chriſtum circiter quinquaginta tres annos, Vſipetes Germani, & item Tenchteri magna cum multitudine hominum, nempe CCCCXXX. milium exagitati à Sueuis peruenerunt: hos Cæſar, qui tum in Gallia agebat, non procul à confluente Rheni & Moſæ adgreſſus deuicit. Deinde confecto Britannico bello, legiones in hyberna miſit, in Morinos, quorum caput eſt oppidum Terauana, C. Fabium legatum; in Neruios, qui nunc Tornacenſes dicuntur, Q. Ciceronem; in Eſſuos, qui circa oppidum Aet habitant, & pacatiſſimi Gallorum erant, L. Roſcium; in Rhemis & confinio Treuerorum, T. Labienum; in Belgio, M. Craſſum quæſtorem, L. Munatium Plancum & C. Trebonium legatos: Q. autem Titurium Sabinum, & L. Aurunculeium Cottam in Eburonibus apud caſtellum Varucam cum vna legione, & quinq; cohortibus, quas proxime Tranſpadum conſcripſerat, hyemare iuſſit. Eſt autem Varuca etiamnum hodie eius nominis caſtellum haud amplius medio miliari germanico ab vrbe Leodio diſtans, in medijs Eburonum finibus, in ſumma planicie, vt ex hoc longè lateq; proſpectus ſit, hoc vetuſtate corruptum, & graui bello, quod eius Dynaſtæ circa annum noſtræ ſalutis milleſimum triceteſimum aduerſus Auenticos geſſerunt, fere demolitum, intra paucos annos, vir clarus Raſo à Varuca ſuæ familiæ vltimus, reſtituit, turrim habet elegantem, & vicum proximum aquis, pro caſtrorum neceſſitatibus ſatis vberem, quem Alboram vocant. Commentaria tamen Cæſaris communiter, ſed perperam & falſo, pro Varuca Vatucam habent; quæ res cauſa fuit, vt Varuca diu ab antiquitatis amatoribus quæſita, nuſquā reperiri potuerit, donec nuper ego in volumen manu ſcriptum incidi, aliàs quidem corruptiſſimum; in hoc duntaxat fidele, quòd Varucæ nomen integrum incorruptumq;

Varuca quam alij perperam Vatucam.

corruptumque ſeruauerit. Eſt præterea mihi liber eorundem cõmentariorum ante triginta ſex annos impreſſus, qui Varucam non Vatucam etiam habet, vt oſtendi nuper viro doctiſſimo D. Iacobo Spiegelio, cùm ab Heydelberga ad Haganoam reditum pararet, & me vt valediceret, inuiſeret. Hæc modò annotaſſe de Varuca ſatis viſum, poſtmodum de ea latiſſimè dicturus.

DE PRIMA ROMANORVM CLADE APVD VARVCAM.

DIEBVS *circiter quindecim, quibus in hyberna ventum erat, initium repentini tumultus ac defectionis*
Ambiorix. *ortum eſt ab Ambiorige & Catiuulco Eburonum regulis. Ambiorigis Leodiorum annales etiam mentionem faciunt, & vulgari voce* Hambrim, *Germanicè* Emrich *nuncupant, & illum regem Tungrorum dicere malunt, pagumq; ab eo excultum ac denominatum haud procul à Varuca &*
Hambrou pagus. *vrbe Leodio* Hambrou *oſtentant; Catiuulcum verò ſubticent. Hi duo reguli cùm ad fines regni ſui Sabino Cottæq; præſto fuiſſent, frumentumq; in hyberna comportauiſſent, Induciomari Treuerorum principis nuntijs impulſi, ſuos in Romanos concitauerunt, ſubitoq; oppreſſis lignatoribus, magna manu ad caſtra oppugnanda venerunt: cùm celeriter Romani arma cepiſſent, vallúmque aſcendiſſent, atque vna ex parte equitibus emiſſis Hiſpanis, equeſtri prælio ſuperiores fuiſſent, deſperata re, Eburones ſuos ab oppugnatione reduxerunt. Tum ſuo more conclamauerunt, vti aliqui ex Romanis ad colloquium prodirent, habere ſeſe quæ de re communi dicere vellent, quibus controuerſias minui poſſe ſperarent. Mittitur ad eos colloquendi cauſa C. Carpineius eques Romanus, familiaris Q. Titurij, & Q. Iunius ex Hi-*

ſpania

ſpania quidam, qui iam ante miſſu Cæſaris ad Ambiorigem ventitare conſueuerat, apud quos Ambiorix in hunc modum locutus eſt: Seſe pro Cæſaris in ſe beneficijs plurimum ei confiteri debere, quòd eius opera ſtipendio liberatus eſſet, quod Aduaticis finitimis ſuis pendere conſueſſet, quodq́ ei & filius & fratris filius ab Cæſare remiſſi eſſent, quos Aduatici obſidum numero miſſos apud ſe in ſeruitute & catenis tenuiſſent, neque id quod fecerat de oppugnatione caſtrorum, aut iudicio, aut voluntate ſua feciſſe, ſed coactu ciuitatis, ſuaq́ eſſe eiuſmodi imperia, vt non minus haberet in ſe iuris multitudo, quàm ipſe in multitudinem. Ciuitati porro hanc fuiſſe belli cauſam, quòd repentinæ Gallorum coniurationi reſiſtere non potuerit, id ſe facilè ex humanitate ſua probare poſſe, quòd non adeò ſit imperitus rerum, vt ſuis copijs populum Romanum ſe ſuperare poſſe confidat, ſed eſſe Galliæ commune conſilium, omnibus hybernis Cæſaris oppugnandis, hunc eſſe dictum diem, ne qua legio alteri legioni ſubſidio venire poſſet, non facile Gallis Gallos negare potuiſſe, præſertim cùm ei de recuperanda communi libertate conſilium initum videretur. Quibus quoniam pro pietate ſatisfecerit, habere ſe nunc rationem officij, pro beneficijs Cæſaris monere, orare Titurium pro hoſpitio, vt ſuæ ac militum ſaluti conſulat, magnam manum Germanorum conductam Rhenum tranſiſſe, hanc affore biduo, ipſorum eſſe conſilium, velint ne prius, quàm finitimi ſentiant, eductos ex hybernis milites, aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere, quorum alter milia paſſuum circiter L. alter paulo amplius ab his abeſſet, illud ſe polliceri & iureiurando confirmare, tutum ſeſe iter per fines ſuos daturum: quod cùm faciat, & ciuitati ſeſe conſulere, quòd hybernis leuetur, & Cæſari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita diſcedit Ambiorix. Carpineius & Iu- Ambiorigis ficta oratio.

nius quæ audierant ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati, & ſi ab hoſte ea dicebantur, non tamen negligenda exiſtimabant. Maximè hac re permouebantur, quòd ciuitatem ignobilem, atque humilem Eburonum ſua ſponte populo Romano bellum facere auſam, vix erat credēdum.

Libet hic paululum digredi & expatiari, verbaq́ Cæſaris expendere, vbi ait: Ciuitatem *Eburonum humilem fuiſſe, id eſt vilem, & abiectam; de tota gente intelligendum eſt, nihilominus tamen ſecundo commentario idem auctor eſt, Condruſos, Eburones, Cæreſos, Pemanos, qui omnes vno nomine Germani appellabātur, antea in cōmuni Gallorum concilio pollicitos, contra Romanos quadraginta hominum milia ſe miſſuros. Oppidum verò Eburonum, & Ambiorigis regia eo loco erat, vbi nunc eſt vicus Eburra, Germanico miliari ab vrbe Leodio diſtans, obſcurus & ignotus diu, ſed nuper repertis ſub terram ſacris quibuſdā, vt vocant, reliquijs, & hominum notitiæ redditus, & factus venerabilis eſt: cauſam autem inibi tunc cōſtituti oppidi fuiſſe reor, quòd inter ſyluas loco tuto erat, & fines Eburonum, Cæreſorum, Condruſorum, Pemanorum, & Tungrorum, quibus imperitabant Ambiorix & Catiuulcus, attingeret. Condruſi autem nomen adhuc retinent; Cæreſi verò ij ſunt, qui nunc Ripenſes appellātur, vbi arx Cæreium, id eſt,* Cerey, *quam Cardinalis à Marka nuper reſtituit, & ab interitu vindicauit, è cuius regione vltra Moſam vicus amœniſſimus eſt, & admodum amplus Iemeppia. Pemani erant Arduennæ ſyluæ incolæ, vbi nunc vicum Pamont eſſe adſerunt. Porrò non eſt quod quis apud Eburam murorum reliquias requirat, quandoquidem non muro lapideo, ſed conciſis ſyluis, vt auctor eſt Cæſar, oppidum muniebatur: nec Galli olim, & multo minus Germani, qui non oppida, ſed vicos inhabitabant, lapide & cæmento ſuas ciuitates cingebant, ſed trabes directæ*

Ebura oppidum.

Condruſi.

Cæreſi ſiue Carei.

Iemeppia

Pemani.

Forma muri Gallici olim.

Veteres Germani vicos incolebant, non muris, ſed aggere munitos.

bes directæ perpetuæ in longitudinem paribus interuallis diſtantes inter ſe binos pedes in ſolo collocabantur, reuinciebantur extrorſus, & multo aggere veſtiebantur: ea autem quæ diximus interualla, grandibus in fronte ſaxis effarciebantur. His collocatis & coagmentatis, alius inſuper ordo adyciebatur, vt idem illud interuallum ſeruaretur, neque inter ſe contingerent trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatijs ſingulæ ſingulis ſaxis interiectis, arctè continerentur: ſic deinde omne opus contexebatur, dum iuſta altitudo muri expleretur. Qui quidem muri in hunc modum compoſiti, & ſi ea tempeſtate deformes non erant, & ad vtilitatem defenſionemq; vrbium ſummam haberent opportunitatem, quod & ab incendio lapis, & ab ariete materia defenderet, quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunque introrſus reuincta, neque perrumpi neque diſtrahi poſſet, non tamen perpetuò durabilis erat; pluuia etenim & vetuſtate corrumpebatur, & temporis tractu carioſa ſæpe concidebat. Inde non mirum Eburæ nulla ſupereſſe murorum indicia, quæ oppidum illic fuiſſe comprobent. Eſt autem & Buren *oppidum in Brabantis nimirum ab Eburonibus denominatum.* Buren oppidum.

Sed nunc ad Varucam redeamus, vbi Romani Ambiorigis auſu & oratione territi, quæ à legatis audierant, ad concilium deferunt, magnaq; ex his tot cauſis inter eos controuerſia orta eſt: L. Aurunculeius compluresq; Tribuni militum & primorum militum Centuriones, nihil temere agendum, neque ex hybernis iniuſſu Cæſaris diſcedendum exiſtimabant, quantaſuis magnas copias etiam Germanorum ſuſtineri poſſe munitis hybernis docebant. Rem eſſe teſtimonio, quòd primum hoſtium impetum multis vltro vulneribus illatis fortiſſimè ſuſtinuerint, re frumẽtaria non premi, interea & ex proximis hybernis, & à Cæſare con-

uentura ſubſidia. Poſtremò quid eſſet leuius aut turpius, quàm anctore hoſte de ſummis rebus capere conſilium. Contra ea Titurius ſero facturos clamitabat, cùm maiores manus hoſtium adiunctis Germanis conueniſſent, aut cùm aliquid calamitatis in proximis hybernis eſſet acceptum, breuem eſſe conſulendi occaſionem, Cæſarem arbitrari profectum in Italiam, nec aliter Carnutes interficiendi Taſgetij conſilium fuiſſe capturos, neque Eburones, ſi ille adeſſet, tanta cum comtemptione Romanorum ad caſtra venturos eſſe, non hoſtem auctorē, ſed rem ſpectare, ſubeſſe Rhenum, magno eſſe Germanis dolori Ariouiſti mortem, & ſuperiores Romanorum victorias, ardere Galliam tot contumelijs acceptis, ſub populi Romani imperium redactam, ſuperiori gloria rei militaris extincta. Poſtremò quis hoc ſibi perſuadeat ſine certa re Ambiorigem ad eiuſmodi cōcilium deſcendiſſe. Suam ſententiam in vtranque partem eſſe tutam, ſi nil ſit durius, nullo cum periculo ad proximam legionem peruenturos. Si Gallia omnis cum Germanis conſentiat, vnam eſſe in celeritate poſitam ſalutem. Cotta autem, atq; eorum qui diſſentirent conſilium quem haberet exitum. In quo ſi non præſens periculum, at certè longa obſidione fames eſſet pertimeſcenda. Hac in vtranque partem habita diſputatione, cùm à Cotta primiſq; ordinibus acriter reſiſteretur, Vincite, inquit, ſi ita vultis. Sabinus, & id clariore voce, vt magna pars militū exaudiret, Neque is ſum, inquit, qui grauiſſimè ex vobis mortus periculo terrear. Hi ſapient, & ſi grauius quid acciderit, abs te rationem repoſcent, qui ſi per te liceat, perendino die cum proximis hybernis coniuncti, communem cum reliquis belli caſum ſuſtineant, ne reiecti & relegati, longè ab cæteris aut ferro, aut fame intereant. Conſurgitur ex concilio, comprehendunt vtrunque, & orant, ne ſua diſſenſione & pertinacia rem in ſummum periculum

rrulum deducant, facilem eſſe rem, ſeu maneant, ſeu proficiſcantur, ſi modò vnum omnes ſentiant, ac probent. Contra in diſſenſione nullam ſe ſalutem perſpicere. Res diſputatione ad mediam noctem perducitur, tandem dat Cotta permotus manus, ſuperat ſententia Sabini, pronunciatur prima luce ituros, conſumitur vigilijs reliqua pars noctis, cum ſua quiſque miles circumſpiceret, quid ſecum portare poſſet, quid ex inſtrumento hybernarum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare nec ſine periculo maneatur, & languore militum, & vigilijs periculum augeatur. Prima luce ſic ex caſtris proficiſcuntur, vt quibus eſſet perſuaſum, nō ab hoſte, ſed homine amiciſſimo Ambiorige conſilium datum longiſſimo agmine magniſq; impedimentis.

DE MORTE COTTAE ET SABINI LEGIONISQVE INTERNITIONE EO loco vbi nunc eſt vrbs Leodium.

POSTQVAM *ex nocturno fremitu, vigilijſq; de legionis ex caſtris profectione ſenſerunt Eburones, collocatis inſidijs, bipartito in ſyluis opportuno atque occulto loco à Varuca milibus paſſuum circiter duobus, vbi Antium pagus nunc eſt, & Legia fluuiolus ortum habet, Romanorum aduentum expectabant. Et cùm ſe maior pars agminis in magnam conuallem demiſiſſet, ex vtraque parte eius vallis ſeſe ſubitò oſtenderunt, nouiſſimóſque premere, & primos prohibere aſcenſu, atque iniquiſſimo Romanis loco, prælium committere cœperunt. Tum demum Titurius, vti qui nihil antea prouidiſſet, trepidare & concurſare, cohorteſq; diſponere, hac tamen ipſa timidè, atque vt eum omnia deficere viderentur, quod plerunque his accidere conſueuit, qui in ipſo negotio conſilium capere coguntur. At* Antium pagus Legia fluuiolus.

Cotta qui cogitaſſet hæc poſſe in itinere accidere, atque ob eam cauſam profectionis auctor non fuiſſet, nulla in re communi deerat ſaluti, & in appellandis cohortandiſq; militibus Imperatoris, & in pugna militis officia præſtabat. Cumq; propter longitudinem agminis minus facilè per ſe omnia obire, & quid quoquo loco faciendū eſſet, prouidere poſſent, iuſſerunt pronunciari, vt impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent: quod conſilium & ſi in eiuſmodi caſu reprehendendum non eſt, tamen incommodè accidit: nam & Romanis militibus ſpem minuit, & hoſtes ad pugnandum alacriores effecit; quod non ſine ſummo timore, & deſperatione id factum videbatur. Præterea accidit, quod fieri neceſſe erat, vt vulgo milites ab ſignis diſcederent, quæq; quiſque eorum chariſſima haberet, ab impedimentis petere, atque arripere properaret, & clamore ac fletu omnia complerentur. At Eburonibus conſilium non defuit; nam duces eorum tota acie pronunciare iuſſerunt, ne quis ab loco diſcederet, illorū eſſe prædam, atq; illis reſeruari, quæcunq; Romani reliquiſſent, proinde omnia in victoria poſita exiſtimarent. Erant & virtute & numero pares pugnandi Romani, tametſi à duce & à fortuna deſerebantur; tamen omnem ſpem ſalutis in virtute ponebant, & quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat. Qua re animaduerſa Ambiorix, pronunciari iubet, vt procul tela coniiciant, ne propius accedant, & quam in partem Romani impetum fecerint, cedant leuitate armorum, & quotidiana exercitatione nihil ab his nocere poſſe, rurſus ſe ad ſigna recipientes, inſequantur. Quo præcepto ab his diligentiſſimè obſeruato, cùm quæpiam cohors ex orbe exceſſerat, atque impetum fecerat, hoſtes velociſſimè refugiebant. Interim ea parte nudari neceſſe erat, & ab latere aperto tela recipi. Rurſus cùm in eum locum vnde

cum vnde erant egreſſi reuerti cœperant, & ab his qui ceſſe-rant, & ab his qui proximi ſteterant, circumueniebantur. Sin autem locum tenere vellent, neque virtuti locus relinquebatur, neque à tanta multitudine coniecta tela à confertis vitari poterant. Tamen tam multis incõmodis conflictati, multis vulneribus acceptis reſiſtebant, & magna parte diei conſumpta, cùm à prima luce ad horam octauam pugnaretur, nihil quod eſſet ipſis indignum, committebant. Tum T. Baluentio qui ſuperiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ auctoritatis, vtrunque femur tragula traÿcitur. Ab hoc puto ſummitatem montis Petroſij nomen ſortitam, vbi ſunt ædes nunc diuæ Balbinæ. Q. Lucanius eiuſdem ordinis fortiſſimè pugnans, dum circumuento filio ſubuenit, interficitur. L. Cotta legatus, omnes cohortes, ordineſq; adhortans, in aduerſum os funda vulneratur. His rebus permotus Q. Titurius cùm procul Ambiorigem ſuos cohortantem conſpexiſſet, interpretem ſuum G. Pompeium ad eum mittit, rogatum vt ſibi, militibuſq; parcat. Ille appellatus reſpondit, Si velit ſecum colloqui, licere; ſperare à multitudine impetrari poſſe, quod ad militum ſalutem pertineat, ipſi verò nihil nocitum iri, inq; eam rem ſe ſuamque fidem interponere. Ille cum Cotta ſaucio communicat, ſi videatur pugna vt excedant, & cum Ambiorige vnà colloquantur, ſperare ſe ab eo ſuam ac militum ſalutem impetrare poſſe. Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat, atque in eo perſeuerat. Sabinus quos in præſentia tribunos militum circum ſe habebat, & primorum ordinum Centuriones, ſe ſequi iubet, & cùm propius Ambiorigem acceſſiſſet, iuſſus arma abÿcere, imperata, ſuiſque, vt idem faciant, imperat. Interim dum de cõditionibus inter ſe agunt, longiorq; conſulto ab Ambiorige inſtituitur ſermo, paulatim circumuentus interficitur, in via, quæ ab ipſo Sabinia Sabini interitus. Sabinia via.

 ſiue Sa-

ſiue Sauinia, b in v, vt ſæpe fit, tranſmutata, dicitur, ea in vrbe Leodio apud ædem ſanctæ Crucis, in vallem declinans, ferme vſque ad pontem, qui in inſulam ducit, perdurat: tum verò more ſuo Eburones victoriam conclamant, atque vlulatum tollunt, impetuq; in Romanos facto, ordines perturbant; ibi Lucius Aurunculeius Cotta pugnans interficitur, cum maxima parte militum, caſuq; ſuo viæ nomē dedit Aurunculeiæ, apud portam quæ in publicum montem ducit, ſuper Moſam flumen nunc quidem, ea autem tempeſtate hunc locum non attingebat, ſed longo poſt tempore condita vrbe Legia, vt pluribus partibus oppidum interlueret, ducta foſſa deriuatum eſt, & inſulam effecit. occiſo autem Cotta, reliqui Romani ſe in caſtra recipiunt, vnde erant egreſſi, ex quibus L. Petroſidius aquilifer, à quo mons ille maximus Petroſius in vrbe Legia nomen habet, cùm magna multitudine hoſtium premeretur, aquilam intra vallum proiecit, ipſe pro caſtris fortiſſimè pugnans occiditur, alij ægrè ad noctem oppugnationem ſuſtinent, noctu ad vnum omnes, deſperata ſalute, ſe ipſi interficiunt; pauci ex prælio elapſi, incertis itineribus per ſyluas, ad T. Labienum legatum in hyberna proueniunt, atque eum de rebus geſtis certiorem faciunt. Hyberna autem Labieni, quantum coniectura & dimenſione adſequi poſſum, Lobienſe monaſterium nunc eſſe opinor ex nominis alluſione: diſtat à Varuca quinquaginta milibus paſſuum, quæ Germanica circiter quindecim miliaria conficiunt, ad Sabim fluuium loco excelſo, vti ſcribit Cæſar, & poſtea latius declarabo.

Aurunculeij cædes.

Petroſius mons.

Lobienſe monaſterium ad Sabim

DE VRBIS LEODII NOMENCLATVRA, ET CVR PRIMVM *LEGIA*, nunc verò Leodium appelletur.

SI non puduit Romanos terrarum orbis dominos originis ſuæ auctores Aeneam & Romulum non ſatis honeſto, ſi figmenta poetica tollas, vtrunque parente procreatum, atque hunc patria prodita, vt multi tradunt, illum verò fraterna cæde infamem citare: neſcio cur mihi vitio verti poßit, ſi in Ambiorigem magnanimum regem, hac vna dempta in Cæſarem ingratitudinis nota, vrbis Leodij prima auſpicia referam. Reſtituerat illi quidem Cæſar regnum, liberauerat ſtipendio, remiſerat & filium & fratris filium, quos Aduatici in catenis & ſeruitute habebant obſides: ſed quam appellabis reſtitutionẽ, vbi grauius iugum quàm in ſeruitute feras? Romanorum imperia facere cogebatur regia dignitas, comportare frumenta, hyberna intra regni viſcera alere, & perpeti malè audire ab omnibus Germanis & Gallis, quod ſolus volens, & non coactus, contra propinquas ac cognatas ſibi ciuitates ſubſidia comminiſtraret. Pudẽdum denique Tungrorum atque Eburonum genti, quæ ita à maiorum virtute degenerauiſſet, vt ſedes illorum ſanguine quæſitas, & in nobili ſolo conſtabilitas, per vecordiam ab externa gente, in ſeruitutem reduci pateretur, Cæſarem beneficijs vinctum, captúmque, non reſtitutum habere regem, quem mox, cùm libuiſſet, minima occaſione eſſet expulſurus, & Romam in triumphum ducturus. Ad hæc, non propria ſponte, ſed Induciomari ac Treuerorum, quorum cliens erat, de inuadendis Romanis conſilium ſumpſit Ambiorix, non quidem ipſe, ſed Eburonum ciuitas, cuius importunitati parere cogebatur. Poſſem etiam allegare Cæſaris impudentiam, à nobilibus proditam ſcriptoribus, qua nihil veritus eſt confingere, ad

Ambiorix Leodij conditor.

gere, ad tegenda, vel ſua, vel amicorum impudenter geſta. ſatis eſt mihi illius teſtimonio legionem Romanam cum quinque cohortibus ab Ambiorige Eburonum regulo, in ea valle vbi nunc eſt vrbs Leodium, caſam demonſtraſſe: docebimus etiam paulo poſt, Q. Ciceronem cum altera legione à Caſare ad Varucam remiſſum, atque ibidem à Germanis interceptum, penéq; deletum. Et hinc huic loco à legione

Legia. ibi caſa, & diu hybernante Legia nomen inditum conſtanter aſſirmo: omnis enim Caſaris deſcriptio ad amußim quadrat. Diſtat Legia à Varuca vix amplius dimidio miliari germanico, in magna conualle, & nouum oppidum eſſe opinantur, circa Caroli Magni tempora, ab Huberto Aquitanorum duce mœnibus cinctum, non admodum amplis, vt veteres indicant ruinæ. Oſtendi etiam vicos in illo quoſdam de nomine caſorum ibi ducum Romanorum adhuc in præſentia nuncupari. Interfluit Legia fluuiolus pueris in vrbe notus. Porrò quæ de Varuca diximus, ne quis putet nullis nos alijs coniecturis inniti, quàm ijs quas ex libro illo manu ſcripto deprompſimus, ſed ſciat multa præterea, & alia nobis hæc in animum induxiſſe. Romanè adhuc hodie loqui dicuntur Leodienſes, etiam ſi ſermo illorum ad gallicam linguam magis inclinet. Sunt non procul à Varuca vici complures Romanam originem nomine referentes. Viſitur inde latinus pagus, Volſci, Vercellæ, Paſcaſij, Bercelij viri doctiſsimi patria. Ita Antium, nimirum ab Antiatibus, in quo vico

Cottæ fons. Legia fluuiolus habet ortum, & Cottæ fons limpidiſsimus, quo, dum in hybernis erat Cotta oblectabatur, aut prope

Ciceronis fons. illum funda traiectus fuerit. Eſt & Ciceronis fons in vrbe notiſsimus, & aquis maximè vber, quem Riceronis fontem malè lecta litera nuncupant, ſcaturit è monte Petroſio retro ædes Fratrum, quos Minores appellant. Et hæc eſt vera nominis Legiæ origo, & tantæ vrbis, dum adhuc ſylua foret, deſcriptio,

deſcriptio,non à Legeia nympha , vt in carmine aliquando iuuenis luſi , neque à Ligijs Hungariæ populis , vt nonnulli voluerũt,eo quòd gallica vox Lige *conſonat. Nunc autem cur hodie Leodium vocetur, quoniam ab omnibus ignorari, requiri tamen intelligam,aperiendum eſt.Dico igitur,quod eſt,Leodium oppidum à Gallis Legiam à legione ibi cæſa,& hybernante ab initio appellatum fuiſſe, à Germanis verò non valentibus Romanam ſiue gallicam exprimere vocem, in* Lugich,*deinde* Ludich *id nominis detortum. Dictiones autem huiuſmodi Germanicè à* lud *incipientes,quando Latinas facimus, in* leo *conuertimus, vt* Ludger *Leodegarius,* Ludpolt *Leopoldus; hinc quoque* Ludich *Leodium appellatum, non video cur reformidem adſerere.*

ALIA DE VRBIS LEODII NOMENCLATVRA OPINIO.

QVVM *antiquiores vrbis Leodij conditores facere mallem,& diu ante Caij Iulij Cæſaris atque Huberti Aquitanici tempora Leodium fuiſſe adfirmarem,aiebam Ithacenſem Oenopa relicto Leode filio domi, ad Troiam Vlyſſem ſecutum,& ea expugnata, longi quoque erroris illius comitem fuiſſe, & cum illo Aſciburgium perueniſſe,id erat oppidum infra Coloniam Agrippinam, non procul à Xantho Cliuiæ ditionis celebri municipio, quod in tenuiſſimum abijt vicum,cui* Aſchelburg *hodie nomen eſt.Huius rei teſtis eſt Cornelius Tacitus in libello De ſitu, moribus, & populis Germaniæ. Quoniã verò Oenops iam grandæuus eſſet, longaq́, ac diutina peregrinatione defatigatus & exhauſtus adeò viribus,vt diffideret in Ithacam ſe poſſe redire, quamuis ſummo & penatium & filij teneretur deſiderio, ab Vlyſſe impetrauit, vt cum ijs ſocijs quos pari modo adfectos Aſciburgij relinquebat, dimitteretur. Et quum ipſe*

Aſciburgium oppidum.

Vlyſſes

Vlyſſes Aſciburgij nomen in Akrineriton commutaſſet, quo ſocij, quia vero Nerito Ithacæ promontorio frui non poterant, ficto ſaltem oblectarentur, ipſe Oenops, vt ſibi chariſſimi filij Leodis deſiderium leniret, ad Moſam condendæ vrbis locum quæſiuit, & conditam λειώδιον, *Leodium de filij ſui nomine appellauit. Hic Leiodes interim Ithacæ inter Penelopes procos conuerſabatur, haudquaquam tamen eorum adprobans inſolentiam, ſed ſæpe reprehendens & procos exoſos habens in extremo loco apud pocula ſemper ſedebat. Vnde Homerus lib.* φ. *Odyſſeæ.*

Λειώδης δὲ πρῶτος ἀνίστατο οἴνοπος υἱός,
ὅσφι θυοσκόος ἔσκε, παρὰ κρητῆρα δὲ καλὸν
ἷζε μυχοίτατος αἰεί. ἀτασθαλίαι δὲ οἱ οἴῳ
ἐχθραὶ ἔσαν· πᾶσι δὲ νεμέσασα μνηστήρεσιν.

Nihilominus tamen & ipſe Penelopes coniugium ambibat; data enim ſpe illius potiundæ ei qui Vlyſsis arcum tenderet, primus periculum fecit, nec tendere potuit, alióſque dehortatus eſt ne experirentur. Homerus ibidem:

ὅς ῥα τότε πρῶτος τόξον λάβε καὶ βέλος ὠκύ·
στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰὼν καὶ τόξου πειρήτιζεν,
οὐδέ μιν ἐντάνυσεν· πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων,
ἀτρίπτους, ἁπαλάς. μετὰ δὲ μνηστῆρσιν ἔειπεν,
ὦ φίλοι, οὐ μὲν ἐγὼ τανύω· λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος,
πολλοὺς γὰρ τόδε τόξον ἀριστῆας κεκαδήσει
θυμοῦ καὶ ψυχῆς &c.

Quapropter ab Vlyſſe interfectus eſt, licet illum ita deprecaretur libro xxij.

γουνοῦμαί σ' Ὀδυσεῦ, σὺ δὲ μ' αἴδεο καὶ μ' ἐλέησον,
οὐ γάρ πω τινὰ φημὶ γυναικῶν ἐν μεγάροισιν
εἰπεῖν οὐδέ τι ῥέξαι ἀτάσθαλον, ἀλλὰ καὶ ἄλλους
παύεσκον μνηστῆρας, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι,
ἀλλά μοι οὐ πίθοντο κακῶν ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι·

τῷ καὶ

τῷ καὶ ἀτασθαλίῃσιν ἀεικέα πότμον ἐπέσπον·
αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόος, οὐδὲν ἐοργὼς,
κείσομαι, ὡς οὐκ ἔστι χάρις μετόπισθ᾽ εὐεργέων.

Hæc namque nihil remoratus Vlyſſes Leodemq́ toruo reſpiciens vultu reſpondit:

εἰ μὲν δὴ μετὰ τοῖσι θυοσκόος εὔχεαι εἶναι,
πολλάκι που μέλλεις ἀρήμεναι ἐν μεγάροισιν,
τηλοῦ ἐμοὶ νόστοιο τέλος γλυκεροῖο γενέσθαι,
σοὶ δ᾽ ἄλοχόν τε φίλην σπέσθαι καὶ τέκνα τεκέσθαι,
τῷ οὐκ ἂν θάνατόν γε δυσηλεγέα προφύγοισθα.

Et hæc dicens transfodit illi iugulum gladio. Hunc habuit Leiodes exitum. Quæ ſi vera ſunt, vt omnino nec adfirmare, nec refellere volo, egregiè referunt & conditorem ſuum, & conditoris filium Leodienſes. Ille abſque dubio non ab re Oenops vocatus eſt, id eſt, vini cuſtos, & habens vini colorem, quo nomine etiam Bacchus appellatur, & nimirum bibulus fuit Oenops. Leodes verò apud crateras & pocula, vt inquit Homerus, ſemper ſedebat. Nemo enim crederet quàm dediti ſint poculis Leodienſes, & quàm ſint ſupra modum bibaces; quod ipſum libenter de gentilibus meis reticuiſſem, niſi ſcirem artem egregiè bibendi hodie non inter vitia, ſed inter primas virtutes annumerari: nec bonus vir habetur, niſi qui pocula euacuare, & vno anhelitu multum vini ingurgitare nouerit; quod qui egregiè præſtiterit, ab omnibus amatur, colitur, & huius cõſortium appetitur. Contra frugi & modico vino vtentem, auerſantur omnes, fugiunt, irrident, & magni alicuius mali conſcium clamant, qui ſe inebriari reformidet, vereaturq́ ne ebrius ſua prodat flagitia. Verùm de his non eſt modò dicendi locus, ad nomẽclaturam Leodij redeo, quam à Leode Ithacenſi habere vt non auſim affirmare, ita tamen dicere poſſum: Si verum eſt Vlyſſem Aſciburgium perueniſſe Akrineruonq́ vocaſſe, procul dubio ex

ſocijs

ſocijs aliquos reliquiſſe in eo municipio, alioqui fruſtra, nomen immutaſſet, quum nemo Gallorum aut Germanorum hoc nominis, vetere abiecto, vſurpare voluiſſet. Deinde facile fuit vel Oenopem vel Ithacenſem quempiam Leodium condidiſſe, & vulgari apud Ithacenſes nomine λειώδιον appellaſſe. Superuenientes verò poſtea Troiani, ſiue Sicambri fuerint, ſiue alij, veteri in græcam gentem odio accenſi, Aſciburgium & Leodium deſtruxiſſe, Xanthumq́ condidiſſe. Hæc coniectura, etſi non certa, veritati tamen conſona, neque de ſuo Aenea veriorem aut certiorem Roma perduxerit. Leodium itaque deſtructum priſtinam ſyluæ faciem reſumpſit, non totum quidem, ſed magna ex parte vſque ad Huberti Aquitanici tempora, qui vnus ex proceribus Caroli Magni, dum ille vel Iupillæ vel Harſtalli ageret, vallis amœnitate, lociq́ celebritate ac rerum ibidem geſtarum fama permotus, & diui Lamberti martyrio nobilis, vetus Leodium reparauit, & hinc Leodij conditor appellari cœptus eſt.

SVMMARIA VRBIS LEODII DESCRIPTIO.

REM *non parum gratam patriæ meæ mihi feciſſe videor, dum illi parentes ſuos, antiquiſſimamq́ originem à nemine hactenus animaduerſam ſub oculos poſui, ac veluti ex locupletiſſimo probatiſſimorũ auctorum penu depromptam, in lucem primus produxi, qua in re quid gratiæ promeruerim neſcio, certè pietati ſatis feciſſe pro virili me parte iuuat. Nunc verò exteris, qui tantæ vrbis primordia admirati ſunt, antequam ad Ambiorigem reuertar, in deſcriptione illius ſummaria, ſubueniendum duxi. Legia igitur, ſiue vt nunc vocant Leodium, vrbs eſt Germaniæ inferioris, quam & ſecundam vocant, maxima: ad tertium à*

Tungris miliare qua meridiem ſpectant, quæ tanto murorum cingitur ambitu, vt altiſſimos amplexetur montes vitibus pulcherrimè conſitos. Deinde in latiſſimam excurrit & apprehendit in valle planiciem, in qua ex Arduenna ſylua tria flumina Vta, Veſa, & Ambluaria in Moſam exonerant, & multas amœniſſimas efficiunt inſulas, magnificis ædificijs exornatas, ita vt ad voluptatem plane hic nihil deſit. Siue enim quis montibus oblectetur, habet quocunque ſe vertat, in quibus expeditiſſimus defatigetur. Si quem planicies & prata iuuant, meditullium vrbis hæc adfatim dabit. Gaudes nauigio, vrbem Venetam habebis, niſi quòd hic viui fluminis aqua iucundior eſt, quàm apud Venetos fœtidum mare. Eſt aliquis religioni & cultui diuino deditus, exhibebit huic vrbs Leodiũ imprimis octo inſignia Canonicorum collegia, quatuor ampliſſimas abbatias, triginta duas eccleſias quas parrochiales vocant, quatuor mendicantium ordinum contubernia, & ex his nonnulla conduplicata vt Franciſcanorum. Quod ſi reliquas monachorum & admirandarum monialium ædes, conuenticula & ſacella recenſere velim, integro ferè libro opus eſſet: vnde non mirum ſi Franciſcus Petrarcha ſcribat ſe vidiſſe Leodium inſignem clero locum. Franciſcus Petrarcha. *Nec eſt quod quiſquam exquiret de agri fertilitate apud Leodium, cùm facili colligat argumento, nunquam tantam cleri multitudinem, & tam magnam eorum hominum turbam, qui in ocio diuino viuentes, omnium rerum copia opus habent, ſibi hunc locum delecturam fuiſſe, niſi omni vbertate ager Leodius abundaret & excelleret. Habet ad meridiem Arduennam ſyluam totius Galliæ maximam, ex qua innumera proueniunt commoda, feræ, pecora; boues atque ædificiorum materies, ligna præſtantiſſima, & immenſæ, vt ait Strabo, longitudinis.* Arduenna ſylua. *Ad alterum latus, Tungros & Centrones verſus, eſt ager Heſbanicus,*

 vſque-

vſque adeo gleba fertili, adhæc pomis & nucibus omnis generis abundans, vt cum Idæa & Sicilia de præſtãtia certare poſſet. Iuxta ciuitatem effodiuntur nigri lapides, qui modico ligno accenſi, calidiſsimum ignem præbent. Aer temperatiſsimus eſt, & ſaluber: licet enim ad auſtrum ciuitatis bona pars ſpectet, illius tamen flatus Arduenna, quæ altior eſt, mitigat & frangit; & habent qui ab ortu ſpirant venti, liberum acceſſum, & continui ignes ex ea, quam dixi, materia, craſsiorem perpurgant & extenuant aerem. Cùm nuper Cæſar Carolus in Brabantia ageret, miſſus eſt ad illum orator à fratre Electore & Cardinale Moguntino princeps illuſtriſsimus Fridericus Dux Bauariæ, Comes Palatinus Rheni &c. cui pro excellenti humanitate, vt in reditu patriam meam Leodium inuiſeret, perſuaſi. Qui poſtquam Huium. *ex Huio oppido, flumine in medium vrbis perductus, & magna populi multitudine exceptus eſſet, nemo diceret, quanta admiratione vrbem circumſpexerit, altiſsimos conſcendit montes, nihilq́; prætermiſit, quo totam videre poſſet. Verùm quia vrbs ipſa ampla ſupra modum eſt, & ſubinde intra reductas valles abſcondatur, nec vſquam tota ex vno loco conſpici poſsit, ſpe fruſtratus eſt, adſerens amœniorem ciuitatem, etiam ſi tum hiems erat, nunquam ſe vidiſſe. De palatio epiſcopali ad Cardinalem reſcripſit, opere perfecto, in orbe Chriſtiano nullum pulchrius futurum. Prætereo pontes ſolido conſtructos marmore, ac reliquam vrbis pulchritudinem, ne in volumen libellus excreſcat: & ad Ambiorigem à quo digreſſus ſum, redeo.*

Varucana victoria ſublatus Ambiorix, ſtatim cum equitatu in Aduaticos, qui erant eius regni finitimi, proficiſcitur, neque diem neque noctem intermittit, peditatumq́; ſe ſubſequi iubet. Re demonſtrata, Aduaticisq́; concitatis, poſtero die in Neruios peruenit, hortaturq́;, ne ſui in perpetuum

petuum liberandi, atque vlciſcendi Romanos, pro his quas acceperint iniurijs, occaſionem dimittant, interfectos eſſe legatos duos, magnamq́; partem exercitus interiſſe demonſtrat, nihil eſſe negotij ſubitò oppreſſam legionem, quæ cum Cicerone hyemet, interfici, ſe ad eam rem profitetur adiutorem. Facilè hac oratione Neruijs perſuadet, itaque confeſtim dimiſſis nuntijs ad Centrones, quorum oppidum ſatis amœnum in patria Leodienſi tribus à Tungris miliaribus floret, & à ſancto quopiam Trudone, eo quòd nomen parum adludat, quidam denominatum audent confingere: à quibus ſi eius oppidi nomenclaturam ante illius diui tempora requiras, magis mutos videbis, quàm piſces. Toxandrum enim, quod illi nomen Placentinus fuiſſe opinatus eſt, ad Moſæ ripam erat, vt ſuo loco indicabo. mittunt etiam ad Grudios, & ad Leuacos, non procul à Cẽtronibus, Pleumoſios, quos nunc Cortracum tenere adſerunt; Gundunos, hos Gandauos eſſe non dubitauerim, & melius Gondunos ſcribi, quàm Gordunos animaduerti; hi omnes ſub imperio Neruiorum & Aduaticorum erant · & quàm maximas manus poſſunt, cogunt, & de improuiſo ad Ciceronis hyberna aduolant, nondum ad eum fama de Titurij morte perlata. Huic quoque accidit, quod fuit neceſſe, vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisq́; cauſa in ſyluas diſceſſiſſent, repentino equitum aduentu interciperentur. His circumuentis, magna manu Eburones, Aduatici, Neruij, atque horum omnium ſocij & clientes, legionem oppugnare incipiunt. Romani celeriter ad arma concurrunt, vallum conſcendunt, ægrè is dies ſuſtentatur, quod omnem ſpem hoſtes in celeritate ponebant, atque hanc adepti victoriam, in perpetuum ſe fore victores confidebant. Mittuntur ad Cæſarem confeſtim à Cicerone literæ, magnus propoſitis præmijs ſi pertuliſſent: obſeſſis omnibus vijs, miſſi intercipiun-

Centrones
Centron.

Grudij
Leuaci
Leuen vel Leuues
Pleumoſij.
Gonduni.

tur. Noctu ex ea materia quam munitionis cauſa comportauerant, turres CXX. excitantur incredibili celeritate, quæ operi deeſſe videbantur, perficiuntur. Hoſtes poſtero die multo maioribus copijs coactis, caſtra oppugnant, foſſam complent: à Romanis eadem ratione qua pridie, reſiſtitur. Hoc idem deinceps reliquis fit diebus, nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur, non ægris, non vulneratis facultas aliqua quietis datur. Tandem duces principesq́ Neruiorum, qui aliquem ſermonis aditum, cauſamq́ amicitiæ cum Cicerone habebant, colloqui ſeſe velle dicunt. Facta poteſtate, eadem quæ Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant, omnem eſſe in armis Galliam, Germanos Rhenum tranſiſſe, Cæſaris, reliquorumq́ hyberna oppugnari. Addunt etiam de Sabini morte, Ambiorigem oſtentant fidei faciundæ cauſa: errare eos dicunt, ſi quicquam ab his præſidij ſperent, qui ſuis rebus diffidant: ſeſe tamen ſcire hoc eſſe in Ciceronem, populumq́ Romanum animo, vt nihil niſi hyberna recuſent, atque hanc inueteraſcere conſuetudinem nolint: licere illis incolumibus per ſe ex hybernis diſcedere, & in quaſcunque partes velint ſine metu proficiſci. Cicero ad hæc vnum modò reſpondit, non eſſe conſuetudinem populi Romani vllam accipere ab hoſte armato conditionem, ſi ab armis diſcedere velint, ſe adiutore vtantur, legatosq́ ad Cæſarem mittant, ſperare ſe pro eius iuſtitia, quæ petierint impetraturos Ab hac ſpe repulſi Neruij, vallo pedum XI. vt foſſa pedum XV. hyberna cingunt. Hæc ex ſuperiorum annorum conſuetudine à Romanis cognouerant, & quoſdam de exercitu nacti captiuos, ab his docebantur; ſed nulla ferramentorum copia, quæ eſſent ad hunc vſum idonea, gladijs ceſpites circumcidere, manibus ſagulisq́ terram exhaurire cogebantur. Qua quidem ex re multitudo cognoſci potuit; nam minus horis tribus decem

milium

milium paſſuum in circuitu munitionem perfecerunt, atque per aliquot dies acriter hyberna oppugnare cœperunt, quæ virtute Romanorum tamen defenſa ſunt, licet etiam Cicero tenuiſſima eſſet valitudine. verùm cùm nullum intermitteretur oppugnandi tempus, & magna parte Romanorum vulneribus confecta, res ad paucitatem defenſorum perueniſſet, actum erat de hybernis, niſi quidam Neruius nomine Vertico, qui à prima oppugnatione ad Ciceronem profugerat, ſeruo ſuo perſuaſiſſet, vt literas ad Cæſarem deferret: has ille in iaculo illigatas effert, & Gallus inter Gallos ſine ſuſpicione verſatus ad Cæſarem peruenit, qui apud Samarobrinam, quam nunc Cameracum appellant, repertus, & edoctus ab eo de periculo legionis ac Ciceronis, quàm primum M. Craſſum ex Bellouacis, & C. Fabium ex Atrebatibus cum legionibus ad ſe venire iubet, quibus cum magnis itineribus in fines Neruiorum, quo iter ad Ciceronem erat, peruenit. Neruij aduentu Cæſaris per exploratores cognito, obſidionem relinquunt, & ad Cæſarem omnibus copijs contendunt. Eæ erant armatorum circiter millia LX. De quibus Cæſar literis Ciceronis certior factus, etſi vix ſeptem hominum milia haberet, atque iniquiſſimo loco, magno tamen animo Neruios inuaſit, & primo congreſſu in fugam vertit. Hac re cognita, Eburonum copiæ quæ nondum aduenerant, non vlterius progredi auſæ, ad ſua retro ceſſerunt. Induciomarus Treuir per eoſdem dies cum Labieno congreſſus, infeliciter victus atque occiſus eſt. Quæ iam dicta ſunt, forſitan ſatis à propoſito quibuſdam videri poterunt. Verùm quia res geſtas ab Ambiorige principe noſtro ſcribere conſtitui, atque hæc ſuaſu ac ductu eius contigere, nolui prætermittere.

Samarobrina quæ nunc Cameracum.

Poſt Aduaticam victoriam Cæſar de improuiſo Neruios, Senones & Carnutes aggreſſus, in deditionem venire atque

obſides dare coëgit. Deinde totus & mente & animo in bellum Treuerorum & Ambiorigis inſiſtit. Sed quod pro explorato habebat Ambiorigem prælio non eſſe concertaturum, reliqua eius conſilia animo circumſpiciebat. Erant

Menapij.

Menapij propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus, ſyluiſq; muniti, infra Vbios, hoc eſt Colonienſes habitantes, ac nunc Iuliacenſes, Geldrenſes & Cliuenſes appellati ſunt, qui vni ex Gallia Belgica de pace ad Cæſarem legatos nunquam miſerant. cum his hoſpitium eſſe Ambiorigi ſciebat. Item per Treueros veniſſe Germanos in amicitiam cognouerat. Hæc prius illi detrahenda auxilia exiſtimabat, quàm ipſum bello laceſſendum, ne deſperata ſalute, aut ſe in Menapios abderet, aut cum Transrhenanis congredi cogeretur. Hoc inito cōſilio totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treueros mittit, duaſq; legiones ad ipſum proficiſci iubet. Ipſe cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiſcitur. Illi nulla coacta manu loci præſidio freti, in ſyluas

Sunt autem Menapiorum paludes multæ circa Gotckem oppidū.

paludeſq; confugiunt, ſuaq; eodem conferunt. Cæſar partitis copijs cum C. Fabio legato & M. Craſſo quæſtore, celeriterq; effectis pontibus, adijt tripartito, ædificia, vicoſq; incendit, magno pecoris atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapij legatos ad eum pacis petendæ cauſa mittunt. Ille obſidibus acceptis, hoſtium ſe habiturum numero confirmat, ſi aut Ambiorigem, aut eius legatos finibus ſuis recepiſſent. His confirmatis, Comium Atrebatem, cum equitatu cuſtodis loco in Menapijs reliquit. Ipſe in Treueros proficiſcitur. Dum hæc à Cæſare geruntur, Labienus ingentes Treuerorum copias, quas illi rurſum coëgerant, iniquo loco adortus fundit fugatq;, & ciuitatem illorum recipit. Poſtquam hæc Cæſar reſciuit, duabus de cauſis Rhenum tranſire conſtituit. Quarum erat altera, quod auxilia contra ſe miſerant Treueris: Altera, ne Ambiorix

receptum

receptum ad eos haberet, tanto ardebat in regem noſtrum odio, vlciſcendiq́ iniurias acceptas ſtudio conflagrabat: pontem autem, quo exercitum traduceret, paulo infra Bonnam, nota atque inſtituta ratione, magno militum ſtudio paucis diebus, perficit, copiasq́ & equitatum traducit, vbi non diu moratus eſt, ſed cùm matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis proficiſcitur per Arduennam ſyluam, quæ eſt totius Galliæ etiamnum hodie maxima, atque ab ripis Rheni, finibusq́ Treuerorum, ad Neruios vſque pertingit, millibusq́ amplius quingentis, in longitudinem patet. L. Minutium Baſilium cum omni equitatu præmittit, ſi quid celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere poſſit: monet, vt ignes in caſtris fieri prohibeat, ne qua eius aduentus procul ſignificatio fiat, ſeſe confeſtim ſubſequi dicit. Baſilius, vt imperatum eſt, facit, celeriter, contraq́ omnem opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio ad ipſum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus eſſe dicebatur. Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna poteſt: nam magno accidit caſu, vt in ipſum incautum, atque imparatum incideret, priuſquam eius aduentus ab hominibus videretur, quàm fama, ac nuntijs afferretur: ſic magnæ fuit fortunæ, omni militari inſtrumento, quod circum ſe habebat, erepto, rhedis equisq́ comprehenſis, ipſum effugere mortem. Sed hoc quoque factum eſt, quod ædificio circumdato ſylua, vt ſunt ferè domicilia Gallorum, qui vitandi æſtus cauſa, plerunque ſyluarum ac fluminum petunt propinquitates, comites familiaresq́ eius anguſto in loco equitum Romanorum vim paulisper ſuſtinuerunt; ijs pugnantibus, illum in equum quidam ex ſuis intulit, fugientem ſyluæ texerunt. Sic ad ſubeundum periculum, & ad vitandum, multum fortuna valuit. Ambiorix

Pons Rheno impoſitus à Cæſare infra Bonnam.

Arduenna

an copias ſuas iudicio non conduxerit, quòd prælio dimicandum non exiſtimauerit, an tempore excluſus, & repentino equitum aduentu prohibitus fuerit, cùm reliquum exercitum ſubſequi crederet, dubium eſt. Sed certè clam dimiſſis per agros nuntijs ſibi quenque conſulere iuſſit, quorum pars in Arduennam ſyluam, pars in continentes paludes profugit. Qui proximi Oceano fuerunt, ij in inſulis ſeſe occultauerunt, quas æſtus efficere conſuerunt. Multi ex ſuis finibus egreſſi, ſe, ſuaq; omnia alieniſſimis crediderunt.

Mors Catiuulci regis Eburonum admiranda.

Catiuulcus rex dimidiæ partis Eburonum, qui vnà cum Ambiorige conſilium inierat, ætate iam confectus, cùm laborem aut belli aut fugæ ferre non poſſet, omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem, qui eius conſilij author fuiſſet, taxo, cuius magna in Gallia Germaniaq; copia eſt, ſe exanimauit.

Taxus è genere abietum ſola floret.

Eſt autem taxus arbor ex genere abietum quæ arcus conficiuntur, & inter Hoium & Namurram abundat. Si quis ſub ea dum floret dormiat, certum eſt mori. Si quis ſub illa comedat infirmatur, pocula ex illa inficiunt. Teſtis Plinius, Dioſcorides, & plerique alij. licet autem Dioſcorides nullum illius in medicinis eſſe vſum ſcribat, Claudius tamen Cæſar, vt eſt apud Suetonium, edicto propoſuit: Nihil æque facere ad viperæ morſum, quàm taxi arboris ſuccum. Segni Condruſiq;, qui ſunt ex gente & numero Germanorum, qui ſunt inter Eburones Treuerosq;, legatos ad Cæſarem miſerunt, oratum, ne ſe in hoſtium numero duceret, neue omnium Germanorum, qui eſſent citra Rhenum, cauſam eſſe vnam iudicaret, nihil ſe de bello cógitaſſe, nulla Ambiorigi auxilia miſiſſe. Cæſar explorata re quæſtione captiuorum, ſi qui ad eos Eburones ex fuga conueniſſent, ad ſe vt reducerentur, imperauit. Si ita feciſſent, fines eorum ſe violaturum negauit.

Segni.

Sunt autem Segni qui oppidum quod Signacum in Condruſis vocant, inhabitant, exiguum quidem

quidem admodum illud hodie, ſed miram profectò vetuſtatem referens: quare minimè verum redarguitur, quod ſcribunt Leodiorum annales, oppido inditum fuiſſe nomen à quinque regijs pueris, quos muri ruina exanimatos, diuus Maternus in vitam reuocauerit, viuosq́; patri reddiderit, & hinc non ingratus regulus Segnorum, fidem ſuſceperit Chriſtianam, & oppido de quinque natis ſibi ſuſcitatis (ita enim ſonat vox Gallica Siney*) nomen indiderit; cùm Cæſar, vt audis, ipſam Segnorum ciuitatem nominet, qui multos annos Maternum præceſſit. Dum hæc ſcribo, non poſſum ſatis admirari eorum hominum qui ſanctorum patrum vitas ſcribere auſi ſunt, inconſideratam incircumſpectamq́; temeritatem in excogitandis, quæ illi magnifica putauerunt, miraculis, parum animaduertentes vulgo tritum prouerbium, quo dicitur, Mēdacem oportere multarum rerum habere memoriam, circumſpectiſſimumq́; eſſe debere. Perſpicere debebat nugator ille quiſquis fuerit, num Segnorum nomen ante diui Materni tempora, vſquam proditum fuerit, & tum, quandoquidem fingere ne dicam mentiri ipſe volebat, dixiſſe regem Segnorum erga Maternum gratum, & vt ſuſcitatorum quinque natorum perpetuam faceret memoriam, oppidi nomenclaturam immutaſſe & exemiſſe aliquas literas, pro* Signey Ciney *dicendo, vt facilius perſuaderet. Ita cùm ſcribit eundem beatum Maternum in die natalis Chriſti, tribus longè inter ſeſe diſtantibus ciuitatibus Tungris, Agrippina, & Treueris miſſam celebraſſe, non aduertit, Materni ætate, miſſarum vſum nondum extitiſſe, ac longo poſt tempore conſtitutum à ſummis pontificibus, non quidem ab vno totū, ſed ſubinde tēporis progreſſu à diuerſis, prout cuique ex pietate viſum eſt; quare dicere potius conueniebat, Maternum tribus eodem die ſupradictis locis, verbum Dei concionatum, quod officium illi, & non miſſarum*

Scriptoris vitæ D. Materni ſomnia.

 legendarum,

legendarum, demandatum erat; quo melius perſuaderet, etiam ſi ea tempeſtate nec natalis Chriſti feſtum celebrari cœptum fuerat. Nolim autem quiſquam exiſtimet, ſtudio detrahendi diui Materni gloriæ hæc me ſcribere: malè enim illum mihi propitium habere velim, ſi non animo eximendi clariſſimam vitam ſanctiſſimi ac egregij verbi diuini detonatoris, ex nugis & deliramentis pluſquam puerilibus, hæc attigerim. quod equidem facilè admittet, quiſquis hæc candido ac vero iudicio perlegere voluerit. Sed de his ſatis.

Condrotz gallicè. Hoium oppidum Condruſorum.

Condruſi adhuc nomen retinent, horum caput eſt Hoium oppidum ad Moſam arce munitiſſima nobile, quã Erhardus à Marca Cardinalis & Leodiorum antiſtes, vetuſtate nimia nutantem, à fundamento reſtaurauit, inſuperabilemq́ penè reddidit, & inter præcipua eius opera, quæ profectò multa & magnifica reliquit, annumeratur. Hanc Benefactam quandoque appellatam, media ætate & Antonini Pij opus eſſe quidam adſerunt: verùm ego potius crederem ab Antonino reſtitutam, nec diu nouum retinuiſſe nomen, maluiſſeq́ vetus, quod ab Hoio fluuio, qui oppidum interfluit, habet, reſeruare. Eſt præterea in Condruſis inſigne

Dionantum.

aliud oppidum Dionantum, ad Moſam quoq; in magna atque anguſta valle, inter altiſſimos montes, quod verè Condruſorum emporium appelles: habet enim ditiſſimos mercatores, qui in multis ac diuerſis regionibus, & præſertim in Anglia, negociari ſolent: denominatum autem à deo Nano illic diu culto adſerunt annales. Huius verò oppidi nuſquam apud veteres reperio factam mentionem. Quare opinor Cæſaris tempeſtate, vel ignobile fuiſſe, vel ſub Segnorum ditione comprehenſum, à quibus duobus magnis duntaxat diſtat miliaribus Germanicis. Memoria patrum Carolus Burgundus ſolo adæquauit: verùm nunc arce pulcherrima & à fundamento noua, in excelſiſſima rupe, quæ oppido impendet,

impendet, idem Antiſtes Erhardus decorauit, & à ciuibus ſumptuoſiſsimis ædificijs penè totum reſtitutum eſt. Effoditur hic marmor nigerrimus in regum & magnatum ſepulturas. Tota autem Condruſorum regio ſyluæ Arduennæ pars eſt, inter ducatum Lutzelburgiũ, & Moſam fluuium; is enim ducatus Cæſaris tempeſtate ad Treueros pertinebat, & Rhemorum fines, qui longe lateq́ʒ, hoc eſt vſque ad Moſam, patebant, attingebat. Scribit autem Cæſar & item Cornelius Tacitus, Condruſos & Segnos gente & numero Germanos fuiſſe, in Gallia tamen Belgica, vnde & ſubinde Galli appellantur, quemadmodum Menapij, & reliqui cisrhenani Germani.

Marmor nigrum in Condruſis.

DE INSIGNI EBVRONVM CALAMITATE SVB CAESARE ET AMbiorigis perſecutione.

DIMISSIS *Condruſorum atque Segnorum legatis, Cæſar copias in tres partes diſtribuit, atque omnium legionum impedimenta ad Varucam contulit, vbi Titurius atque Aurunculeius, vt diximus, hyemandi cauſa conſederant. Hunc cum reliquis rebus locum probabat Cæſar, tum quòd ſuperioris anni munitiones integræ manebant, vt militum laborem ſubleuaret. Præſidio impedimentis legionem quartamdecimam reliquit, vnam ex his tribus, quas proximè conſcriptas, ex Italia traduxerat. Ei legioni caſtriſq́ʒ Q. Tullium Ciceronem præfecit, ducentoſq́ʒ equites attribuit. Partito exercitu, T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum verſus in eas partes, quæ Menapios attingunt, proficiſci iubet. C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quæ Aduaticis adiacet, depopulandum mittit. Ipſe cum tribus reliquis ad flumen Sabim, quod influit in Moſam, extremaſq́ʒ Arduennæ partes ire conſtituit,*

Sabis flumen.

conſtituit, quò cũ paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Diſcedens, poſt diem ſeptimum ſeſe reuerſurum confirmat, quam ad diem ei legioni, quæ in præſidio relinquebatur, deberi frumentum ſciebat. Labienum Treboniumq́ hortatur, ſi Reipub. commodo facere poſſunt, ad eam diem reuertantur, vt rurſus communicato conſilio, exploratisq́ hoſtium rationibus, aliud initium belli capere poſſint. Notabit hic lector, Aſcaldem malè apud Cæſarem legi, non enim in Moſam influit, ſed Sabis iuxta Namurram, & in finibus Arduennæ percurrit: & hinc etiam coniecturam facio Aduaticos, Gallicæ Brabantiæ populos fuiſſe, & eos qui inter Louanum & Aldenburg *inhabitant. Eſt ibi monaſteriũ, quod Tungerlo vocant. Hoc ipſum eſſe reor, quod Antoninus Pius in Itinerario ſuo Aduaticũ Tungrorum appellat, nimirum à Tungris in Aduaticis conditum ad colligenda vectigalia. Erat, vt ſupra demonſtrauimus, manus certa nulla, non præſidium, non oppidum, quod ſe armis defenderet, ſed in omnes partes diſperſa Eburonum multitudo, vbi cuique aut vallis abdita, aut locus ſylueſtris, aut palus impedita, ſpem præſidij, aut ſalutis aliquam offerebat, conſederat. Hæc loca vicinitatibus erant nota, magnamq́ res diligentiam requirebat, non in ſumma exercitus tuenda (nullum enim poterat, vniuerſis perterritis ac diſperſis, periculum accidere) ſed in ſingulis militibus conſeruandis: quæ tamen ex parte res, ad ſalutem exercitus pertinebat, nam & prædæ cupiditas multos longius euocabat, ac ſyluæ incertis occultisq́ itineribus conſertos adire prohibebant. Si negocium confici, ſtirpemq́ hominum ſceleratorum interfici vellet, dimittendæ plures manus, diducendiq́ erant milites. Si continere ad ſigna manipulos vellet (vt inſtituta ratio, & conſuetudo exercitus Romani poſtulabat) locus ipſe erat præſidio Eburonibus, neque ex occulto inſidiandi*

Aduatici vbi.

Aduaticum Tungrorum.

& diſperſos

& diſperſos circumueniendi ſingulis deerat audacia, & in eiuſmodi difficultatibus, quantum diligentia prouideri poterat, prouidebatur, vt potius in nocendo aliquid omitteretur (etſi omnium animi ad vlciſcendum ardebant) quàm cum aliquo detrimento militum noceretur. Cæſar ad finitimas ciuitates nuntios dimittit, omnes euocat ſpe prædæ ad diripiendos Eburones, vt potius in ſyluis Gallorum vita, quàm legionariorum periclitaretur, ſimul vt magna multitudine circumfuſa, ſtirps ac nomen ciuitatis tollatur. Magnus vndique numerus celeriter conuenit, & hæc in omnibus Eburonum partibus gerebantur.

DE SECVNDA ROMANORVM CLADE APVD VARVCAM.

DIES *adpetebat ſeptimus, quem ad diem Cæſar ad impedimenta legionemq́; reuerti conſtituerat. Hic quantum in bello fortuna, & quantos afferat caſus cognoſci potuit: diſſipatis ac perterritis Eburonibus, vt demonſtrauimus, manus erat nulla, quæ paruam modò timoris cauſam afferret. Trans Rhenum ad Germanos peruenit fama, diripi Eburones, atque vltro omnes ad prædam euocari, cogunt equitum duo milia Sicambri, qui vltra Rhenum è* Sicambrorum ſedes olim quæ. *regione Vbiorum aut paulo infra habitabant, atque Tenchtheros & Vſipetes ex fuga ad confluentem Rheni & Moſæ commiſſi, vt diximus, prælij receperant, tranſeuntes Rhenum nauibus ratibusq́; triginta milibus paſſuum infra Bonnam, vbi pontem à Cæſare factum diximus, ac præſidium relictum, hoc eſt, duobus miliaribus germanicis infra Coloniam Agrippinam, primos Eburonum fines adeunt; multos ex fuga diſperſos excipiunt; magno pecoris numero, cuius ſunt cupidiſſimi barbari, potiuntur; inuitati præda longius procedunt: non hos palus, in bello latrocinijsq́; natos, non*

ſyluæ

ſyluæ morantur: quibus in locis ſit Cæſar, ex captiuis quærunt, profectum longius reperiunt, omnemq́ exercitum diſceſſiſſe cognoſcunt, atque vnus ex captiuis, Quid vos, inquit, hanc miſeram ac tenuem ſectamini prædam, quibus iam licet eſſe fortunatiſſimis; tribus horis ad Varucam venire poteſtis; huc omnes ſuas fortunas exercitus Romanorum cõtulit: præſidij tantum eſt, vt ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra munitiones audeat. Oblata ſpe Germani quam nacti erant prædam in occulto relinquunt: ipſi ad Varucam contendunt, vſi eodem duce, cuius hæc indicio cognouerant. Cicero qui per omnes ſuperiores dies præceptis Cæſaris ſumma diligentia milites in caſtris continuiſſet, ac ne calonem quidem quenquam extra munitionem egredi paſſus eſſet, ſeptimo die diffidens Cæſarem de numero dierum fidem ſeruaturum, quod longius eum progreſſum audiebat, neque vlla de eius reditu fama affereba-tur, ſimul eorum permotus vocibus, qui illius patientiam pene obſeſſionem appellabant, ſiquidem è caſtris egredi non liceret, nullum eiuſmodi caſum expectans, quo, nouem oppoſitis legionibus maximoq́ equitatu, diſperſis ac pene deletis Eburonibus, in milibus paſſuum tribus, offendi poſſet, quinque cohortes frumentatum in proximas ſegetes miſit, quas inter & caſtra vnus omnino collis intererat. Complures erant in caſtris ex legionibus ægri relicti, ex quibus qui hoc ſpacio dierum conualuerant, circiter CCC, ſub vexillo vnà mittuntur: magna præterea multitudo calonum, magna vis iumentorum, quæ in caſtris ſubſederant, facta poteſtate, ſequitur. Hoc ipſo tempore & caſu Germani equites interueniunt, protinusq́ eodem illo quo venerant curſu ab Decumana porta in caſtra irrumpere conantur: nec prius ſunt viſi, abiectis ab ea parte ſyluis, quàm caſtris appropinquarent, vſque eo, vt qui ſub vallo tenderent mercatores recipiendi ſui

Hic collis à Varuca ad Tungros tendentibus ad dextram relinquitur non admodum altus.

piendi ſui non haberent facultatem. Inopinantes Romani re noua perturbantur, ac vix primum impetum cohors in ſtatione ſuſtinet. Circumfunduntur Germani ex reliquis partibus, ſi quem aditum reperire poſſent; ægre Romani portas tuentur, reliquos aditus locus ipſe per ſe, munitioq́; defendit: totis trepidatur caſtris, atque alius ex alio cauſam tumultus quærit, neque quò ſigna ferantur, neque quam in partem quiſque conueniat, prouident. Alius iam capta caſtra pronunciat, alius deleto exercitu atque imperatore, victores barbaros veniſſe contendit; plerique nouas ſibi ex loco religiones fingunt, Cottæq́; & Titurij calamitatem, qui in eodem occiderint caſtello, ante oculos ponunt. Tali timore omnibus perterritis, confirmatur opinio barbaris, vt ex captiuo audierant, nullum eſſe intus præſidium; perrumpere nituntur, ſeq́; ipſi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant. Erat æger in præſidio relictus P. Sextius Baculus, qui primũ pilum apud Cæſarem duxerat, ad diem iam quintum cibo caruerat. Hic diffiſus ſuæ ac omnium ſaluti, inermis ex tabernaculo prodit, videt imminere hoſtes, atque in ſummo eſſe rem diſcrimine: capit arma à proximis, atque in porta conſiſtit. Sequuntur hunc Centuriones eius cohortis, quæ in ſtatione erat. Pauliſper prælium vnà ſuſtinent, relinquit animus Sextium, grauibus acceptis vulneribus, deficiens ægrè per manus tractus ſeruatur. Hoc ſpatio interpoſito reliqui ſeſe confirmant, tantum vt in munitionibus conſiſtere audeant, ſpeciemq́; defenſorum præbeant. Interim confecta frumentatione, milites Romani clamorem exaudiunt, præcurrunt equites, quanto res ſit in periculo, cognoſcunt. Hic verò nulla munitio eſt, quæ perterritos recipiat: modò conſcripti, atque vſus militaris imperiti ad Tribunum militum, Centurionesq́; ora conuertunt, quid ab his præcipiatur expectant. Nemo eſt tam fortis, qui non

rei nouitate

rei nouitate perturbetur. Germani ſigna procul conſpicati ab oppugnatione deſiſtunt, rediſſe primò legiones credunt, quas longius diſceſſiſſe ex captiuis cognouerant; poſtea deſpecta paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt: Calones in proximum tumulum procurrunt; hinc celeriter deiecti, ſe in ſigna manipulosq́ conijciunt. Eo magis timidos perterrent milites, alij cuneo facto, vt celeriter perrumpant, cenſent, quoniam tam propinqua ſint caſtra, etſi pars aliqua circumuenta ceciderit, at reliquos ſeruari poſſe confidunt: alij vt in iugo conſiſtant, atque eundem omnes ferant caſum, hoc veteres non probant milites, quos ſub vexillo vnà profectos docuimus. Itaque inter ſe cohortati, duce C. Trebonio equite Romano, qui eis præpoſitus erat, per medios hoſtes perrumpunt, incolumesq́ ad vnum in caſtra perueniunt omnes: hos ſubſequuti calones, equitesq́ eodem impetu, militum virtute ſeruantur. At ij, qui in iugo conſtiterant, nullo etiam nunc vſu rei militaris percepto, neque in eo quod probauerant conſilio, permanere, vt ſe loco ſuperiore defenderent, neque eam, quam profuiſſe alijs vim, celeritatemq́ viderant, imitari potuerunt: ſed ſe in caſtra recipere conati, iniquum in locum demiſerunt. Centuriones quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum cauſa virtutis in ſuperiores erant ordines huius legionis traducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortiſſimè pugnantes conciderunt: militum pars horum virtute, ſummotis hoſtibus, præter ſpem incolumis in caſtra peruenit, pars à Germanis circumuenta perijt, qui deſperata expugnatione caſtrorum quod Romanos iam conſtitiſſe in munitionibus videbant, cum ea præda, quam in ſyluis depoſuerant, trans Rhenum ſeſe receperunt: ac tantus fuit etiam poſt diſceſſum Germanorum terror, vt ea nocte, cùm C. Voluſenus miſſus cum equitatu ad caſtra veniſſet,

veniſſet, fidem non haberent, adeſſe cum incolumi Cæſarem exercitu. Sic omnium animos timor præoccupauerat, vt pene alienata mente, delectis omnibus copiis, equitatu ſe ex fuga recepiſſe dicerent: neque incolumi exercitu Germanos caſtra oppugnaturos fuiſſe contenderent, quem timorem Cæſaris aduentus ſuſtulit. Reuerſus ille, euentus belli non ignarus, vnum, quòd cohortes ex ſtatione & præſidio eſſent emiſſæ, queſtus, ne minimo quidem caſu locum relinqui debuiſſe, multum fortunam in repentino hoſtium aduentu potuiſſe iudicauit: multo etiam amplius, quòd pene ab ipſo uallo, portisq́ue caſtrorum barbaros auertiſſent. Quarum omnium rerum maximè admirandum videbatur, quòd Germani, qui eo conſilio Rhenum tranſierant, vt Ambiorigis fines depopularentur, ad caſtra Romanorum delati, optatiſsimum Ambiorigi beneficium obtulerant. Cæſar ad vexandos rurſus miſeros Eburones profectus magno coacto numero ex finitimis ciuitatibus: in omneis parteis dimittit, omnes vici, atque omnia ædificia, quæ quiſque conſpexerat, incendebantur; præda ex omnibus locis agebatur; frumenta non ſolum à tanta multitudine iumentorum atque hominum conſumebantur, ſed etiam anni tempore, atque imbribus procubuerant: vt ſi qui etiam in præſentia ſe occultaſſent, tamen iis deducto exercitu rerum omnium inopia pereundum videretur; ac ſæpe in eum locum ventum eſt, tanto in omnes partes diuiſo equitatu, vt non modò viſum ab ſe Ambiorigem in fuga circumſpicerent captiui, ſed nec planè etiam abiſſe ex conſpectu contenderent, vt ſpe illata conſequendi, atque infinito labore ſuſcepto, qui ſe ſummam à Cæſare gratiam inituros putarent, pene naturam ſtudio vincerent, ſemperq́ue paulum ad ſummam felicitatem defuiſſe videretur, atque ille latebris, aut ſyluis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultatus, alias regiones, parteisq́ue peteret, non

teret, non

teret,non maiore equitum præſidio, quàm quatuor, quibus ſolis vitã ſuam committere audebat. Tali modo vaſtatis regionibus exercitum Cæſar duarum cohortium damno Durocortorum Rhemorũ reducit: concilioq́; in eum locũ Galliæ indicto, de cõiuratione Senonum & Carnutum quæſtionem habere inſtituit, duas legiones ad fines Treuerorum, duas in Lingonibus, ſed reliquas in Senonũ finibus Agendici in hybernis collocauit. frumentoq́; exercitui prouiſo, vt inſtituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus eſt.

Anno ſequenti nondum ſatiatus Cæſar, cùm videret nullam iam eſſe in Gallia ciuitatem quæ bellum pararet, rurſum ad deuaſtandos depopulandosq́; fines Ambiorigis proficiſcitur, quem perterritum atque fugientem cùm redigi poſſe in ſuam poteſtatem deſperaſſet, proximum eſſe ſuæ dignitatis ducebat, adeo fines eius vaſtare, ciuibus, ædificijs, pecore, vt odio ſuorum Ambiorix, ſi quos fortuna feciſſet reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates haberet in ciuitatem. Cùm in omnes fines partium Ambiorigis, aut legiones aut auxilia dimiſiſſet, atque omnia cædibus, incendijs, rapinis, vaſtaſſet, magno hominum numero interfecto aut capto. Hæc A. Hirtius lib. 8. commentariorum.

Dum hanc inſignem Eburonum calamitatem ſub Ambiorige acceptam recenſeo, vix à lachrymis contineor, & quos accuſem, deos ne an homines, non ſatis ſcio: qui quod ab hac gente ſemel peccatum eſt, tam grauiter ſemper punierunt. Cæſar, etſi non gentem totam vt cupiebat, certè Eburonum nomen ita extinxit, vt poſtmodum Eburonem nemo ſe profiteri auſus fuerit, ſed antiquo recepto nomine, & odioſo Eburonum reiecto, Tungros ſeſe appellarunt; proinde quicquid poſtea ab hac gente geſtum, Tungris applicuere ſcriptores, quorum etiam ſuum fuit ſatum, & internitio ab Hunis, qui vrbem præclaram & maximam ita deleuerunt,

Tungros iterum ſeſe Eburones nominant.

leuerunt, vt nunquam reparari potuerit, niſi in hanc quam videmus oppiduli formam, qua vix ſuum tuetur nomen. Vbi cẽtum illa inſignia templa quæ Chriſtum profeſſi, religioni noſtræ Tungri dederunt? vbi palatia? vbi portus & murorum ille ingens ambitus? nonne omnia in fauillas abierunt, & vix vlla ſuperſunt veſtigia? Quod ſi vrbis Leodij condendæ fata nullam aliam inuenere viam, quàm deletis Ebura & Tungris, nihilo ſuperi querimur, dummodo non paribus auſpicijs & calamitatibus ſubiaceat, quibus tamen paulo ante ætatem noſtram ab Carolo duce Burgundionum fere ad internitionem & vrbis & nominis adflicta eſt. Huic non ſatis fuit ſupra centum puberum & impuberum hominum milia vno die expugnata vrbe trucidaſſe, niſi totam propemodum incenderet, mœnia diſijceret, nauibus ciues impoſitos, pertuſo fundo, ſubmergeret, omniaq́; faceret, non in vrbe ſolùm, ſed per totam ditionem, quo nullæ gentis ſupereſſent reliquiæ. Sed dijs gratia, bene habet, floret rurſum & vrbs Leodium & Leodiorum nomen, æternumq́; deo propitio florebit, dum ille Nanceij hoſtili terra, captus adhuc & putridus iacet. Hæc ego de Carolo diui Caroli Imperatoris noſtri optimi & manſuetiſſimi principis proauo materno libenter prætermiſiſſem, niſi oſtendere voluiſſem, quàm parum interdum Chriſtiani à gentiliũ feritate diſtamus. Poterat quis accuſare C. Iulij Cæſaris immanitatem in vindicanda Titurij pro inqui & affinis ſui nece, & cæſæ legionis delendo opprobrio: niſi hic Carolus conſanguineo Ludouico Borbonio epiſcopatum vi & armis quærens omnem Cæſaris ſæuitiam exuperaſſet. Porro de Ambiorigis morte nihil eſt traditum: credibile eſt tamen, vt Cæſar ſubindicat, in fuga incognitum occiſum, vel alio modo interijſſe. Suetonius Tranquillus ſcribit Cæſarem audita clade Titurianam, adeo indoluiſſe, vt barbam capillumq́; ſummiſerit, nec

Tungri ab Hunis vaſtati.

Leodiũ à Carolo Burgundione miſere vexatum, & tantum non exciſum.

ante dempſerit, quàm vindicaſſet. Hanc hiſtoriam diffuſe ſcripſit Titus Liuius, vt ex Floro colligitur. attigit & Lucanus in primo: Nimiumq́; rebellis Neruius, & cæſi pollutus ſanguine Cottæ. Annotauit etiam Eutropius libro ſexto. Plutarchus in vita Cæſaris. Oroſius Appianus in Celtico, & plerique alij.

Poſt Ambiorigis & Catiuulci mortem, nec Eburones nec Tungri regem habuerunt, ſed præſidi Galliæ à Romanis impoſito, & Magiſtratibus municipalibus, quemadmodum & reliqua Gallia, paruerũt: quod quidem patet ex Tacito, qui Campanum & Iuuenalem primores Tungrorum nominat: deinde ex Marcellino & Flauio Vopiſco, vt ſupra viſum eſt. Quare viderint rerum Eburonicarum ſcriptores, qui Nauitum ſecundum Tungrorum antiſtitem Galliarum ducis filium, & Tungrorum regis ex fratre nepotem faciunt. Deinde Metropolum quartum filium ducis Lotharingiæ ex Vngariæ regis filia: Seuerinum item quintum Comitis Louanij filium; cùm ea tempeſtate, nec dux erat Galliæ, nec rex Tungrorum, nec Lotharingia, aut Vngaria nomina erant, ſed nec Louanium comitatus. Viderint inquam, ne dum hiſtoriam ſcribere ſe credunt, mera figmenta & nenias occinant, dum etiam ſanctis epiſcopis rerum publicarum adminiſtrationes aſſignant, quas nec illi acceptaſſent, nec pertuliſſent ijs temporibus Romani Tungrorum domini.

DE BETHASIIS.

DOCVIMVS *ſupra, Eburonum fines vſque ad confluentem Rheni & Moſæ protenſos fuiſſe* C. *Iulij Cæſaris tempore, & Bethaſios inter Eburones annumeratos: ij, vt pleriſque placet, & mihi videtur, circa Traiectum oppidum ad Moſam ſedes habuerunt, nomenq́; retinent, ſi Bechaſios, non Bethaſios legeris; ſunt enim vici & arces eius nominis*

nominis complures, Bech, Diepenbech, Sconbech *&c. à riuo denominati, non procul a Tungris, qua ex Traiecto ad oppidum nouum* Haſſelt *iter eſt. Erant autem origine, lingua, virtute pares Bathauis, numero ſuperabãtur. Ni eos accipere mauelis qui extra Bathauorum inſulam incolebãt iuxta Caninefates qui eam partem inſulæ tenebant, quæ ad Bethaſios vergit. Eſt enim duplex Bathauia, inferior & ſuperior. Vnde Tacitus li.xx. hiſtoriæ Auguſtæ: Accepta, inquit, equitum peditumq́; modica manu, nihil apud Batauos auſus, quoſdam Neruiorum Bethaſiorumq́; in arma traxit. Et paulò pòſt: occupatisq́; Sunicis & iuuentute eorum per cohortes compoſita, quo minus vltra pergeret Claudius, Labeo Bethaſiorum Tungrorumq́; & Neruiorum tumultuaria manu reſtitit, fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Plinius lib. iiij. natur. hiſt. Tungri, inquit, Rinuci, Sunici reponendum ait Beatus Rhenanus, vir cui non vno nomine multum debet Germania, quòd illi ſuos parentes ceu ab inferis reuocatos, & æterna alioqui demerſos caligine in lucem quotidie proferat, & ſub oculos reponit. De cuius iudicio dubitare, aut vltra quærere, hominis curioſi magis eſt quàm diligentis. Is, inquam lib. xi. rerum Germanicarum apud Plinium, pro Rinuci Sinuci ex Taciti verbis paulo ante poſitis ſcribendum exiſtimat, nec addit, qui ſunt Sunici; quod ego anxius requirens, opinatus ſum aliquandiu oppidum illud eſſe amplum & vetus in Veſtualia è regione Vbiorum, quod Suſatum appellant, eo quòd nominis prima ſyllaba conſonaret: ſed quia ilico Moſæ mentionem facit Tacitus, & procul diſtet à Moſa Suſatum, ambiguum me reddit, & item Ptolemæus, qui hoc oppidum Suſudatam nominat. Rurſum proponebam mihi aliud oppidum vetus quidem, & vbi, aut ſaltem non inde procul, plurima Romanæ antiquitatis cernuntur veſtigia, ad Rhenum*

Sunſich oppidum. *ſupra Rimaliam è regione Lintzij oppidi quod* Sunſſich *vulgus vocat, à Carolo Burgundo dirutum, iuxta Aræ fluuij oſtium. Verùm quia animaduerto Sunicos non procul à Moſa amne abfuiſſe, iudicabit meus Rhenanus, num forſan nec apud Tacitum Sunicos, nec apud Plinium Rinicos, ſed vtrobique Runicos ſit legendum, vt ſint Runici, gens & terra vetus inter Batauos, Phriſios & Bethaſios, quam* Runckenlandt *hodie vocitant accolæ, ita vt vno tractu bene à Plinio ſint deſcripti & collocati Runici, nec Friſiabones, ſed Friſios legerem. Iudicabit inquam meus, imò bonarum litterarum amatorum omnium Beatus Rhenanus; indicatum enim volui tantum non adſertum. Bethaſiorum etiam mentionem facit* Cicero *lib. xiiij. epiſt. ad Atticum, ex reſtitutione eiuſdem Beati Rhenani. Redeo, inquit, ad Bethaſios, Atuas, Vangiones.*

DE MASACIS SIVE MARSACIS.

SVNT *quoque inter Eburones annumerati Maſaci, ita enim lego ex veteribus libris, licet quidam Marſacos habeant, de quibus Cornelius Tacitus de Claudio Labeone loquens libro xx. mentionem facit in hæc verba: Accepta, inquit, peditum equitumq́; modica manu, nihil apud Batauos auſus, quoſdam Neruiorum Betaſorumq́; in arma traxit, & furtim magis quàm bello Caninefates Maſacóſque incurſabat: hos ego ſemper iudicaui eſſe, qui non contemnendum profectò oppidum* Maſeck *infra Traiectum ſuperius, vt vocant, ad Moſam incolunt, licet in Comitatu Hornenſi atque Bathauia ſit pagus hodie non exiguus nomine* Maſack.

Maſaci vbi.

DE

DE CASTELLO AD MOSAM ET MENAPIIS.

FRANCOS *Germanos olim dextram Rheni ripam è regione Vbiorum, hoc eſt, Colonienſium ſupra Sicambros poſſediſſe pulſis Teuchtheris, nemo nō ſcire poterit, qui primum Beati Rhenani de rebus Germanicis librum legerit. Hij, vt ſcribit Ammianus libro* XVII. *cùm ſcirent Iulianum Cæſarem bello Alemanico apud Argentoratum occupatum, depopulati ſunt eum Galliæ tractum, qui eſt ad Moſam ſupra Iuliacum. Hac Iulianus rei nouitate perculſus, & coniiciens quorſum erumperet, ſi iiſdem tranſiſſet intactis, circumuallare diſpoſuit Caſtellum oppidum quod Moſa fluuius præterambit. Et aduſque quartum & quinquageſimum diem Decēbri ſcilicet & Ianuario menſe obſidionales tractæ ſunt moræ, obſtinatis barbarorum animis, incredibili pertinacia reluctatis. Tunc pertimeſcens ſolertiſſimus Cæſar, ne obſeruata nocte illū barbari gelu vinctum amnem peruaderet, quotidie à ſole in veſperam flexo, aduſque lucis principium luſoriis nauibus diſcurrentes flumen vltrò cutroq́; milites ordinauit, vt cruſtis riparum diffractis, nullus ad erumpendi copiam facilè perueniret. Hócque commentato, inedia & vigilijs, & deſperatione poſtremo laſſati, ſponte ſe propria dediderunt, ſtatimq́; ad comitatum Auguſti ſunt miſſi, aliquot exinnendo periculo. Multitudo Francorum egreſſa quum captos comperiſſet & aſportatos, nihil amplius auſa repedauit ad ſua caſtra, hisq́; perfectis acturus hyemem reuertit Pariſios Iulianus. Aduertendum autem quòd non ſine cauſa Caſtellum ad Moſam ſitum ſcribit Ammianus, quandoquidem aliud oppidum eſt eodem nomine ad Sabim fluuium, qui apud Namurram in Moſam excurrit. Ptolemæus Caſtellum Me-* Caſtellum Menapiorum

H 4 *napiorum*

napiorum metropolim, & rectè meo iudicio facit, hodie Keſſel *appellatur.*

DE TOXANDRIA QVAM NVNC VISETVM, FRANCIMONTE, CHAMAVIS ET STOCCHEIM.

EST *ad Moſam inter Leodium & Traiectum oppidum hodie non ſanè magnum nomine Viſetum, cuius veteres ruinæ ſunt illius antiquitatis & amplitudinis euidens argumentum. Habuit pontem lapideum quo iter erat ad Tungros, vt arcuum adhuc oſtentant reliquiæ, qui in ea pugna quæ inter Henricos Imperatores, patrem & filium, commiſſa eſt, corruit magna Leodiorum ſtrage, qui patris Henrici defendebant partes: apud Traiectum enim olim vt exiſtimo, non ponte, ſed naue tranſmittebatur flumen, vnde etiam nomen habet: & fabula eſt, quæ dicuntur, Cæſarem pontem illic extruxiſſe; quod ipſe nequaquam reticuiſſet, qui tam diligenter, & exactè de his terris ſcripſit. Viſetum, inquam, etſi mutati nominis cauſam nuſquam audiuerim, Toxandriam olim dictum veteres Leodiorum annales teſtantur, & coniecturis aliud fuiſſe oppidum conſequi non poſſum. Circa autem Toxandriam in Romano ſolo, vt inquit idem Ammianus lib.* XVII. *Franci quos Salios conſuetudo appellauit, auſi fuerunt rurſum habitacula præfigere licenter, & eam regionem occupare, quæ ad Arduennam ſyluam vergit; vbi veriſimile eſt illos quoque arcem præclaram de ſuo nomine Francimontem appellatam, quam inter reliqua innumera opera, Erhardus à Marca nuper reparauit, conſtruxiſſe. Aduerſus hos Iulianus Cæſar ex Gallia quanta potuit celeritate cum exercitu mouit. Cùm autem Tungros veniſſet, occurrit illi Francorum legatio opinantium reperiri Imperatorem in hybernis,*

Viſetum ad Moſam oppidum olim Toxandria dictum.

Francimons.

hybernis, pacem ſub hac lege prætendens, vt quieſcentes eos tanquam in ſuis, nec laceſſeret, nec vexaret. Hos legatos, negotio plene digeſto, oppoſitaq; conditionum perplexitate, in iiſdem tractibus moraturos, dum redeunt, muneratos abſoluit Iulianus. Dictóque citius ſecutus, præfecto Seuero duce miſſo, per ripam ſubitò cunctos adgreſſus, tanquam fulminis turbo perculſit; iamq; precantes potius quàm reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes ſe cum opibus, liberiſq; ſuſcepit. Chamauos itidem auſos ſimilia, eadem celeritate partim cecîdit, partim acriter repugnantes, viuóſque captos compegit in vincula, alios præcipiti fuga trepidantes, ad ſua tecta, ne militem ſpatio longo defatigaret, abire interim permiſit innocuos, quorum legatis paulò poſtea miſſis precatum conſultúmque rebus ſuis, humi proſtratis, ſub obtutibus pacem hoc tribuit pacto, vt ad ſua tecta, hoc eſt ad Friſios, quorum fuerint vicini, redirent incolumes. Hæc Ammianus. Ex quibus conijcere poteſt lector quantum obfuerit ſemper Eburonibus ſoli ſui bonitas, qui toties laceſſiti, expulſi, eiecti & appetiti fuerint, nunc à Tungris, deinde ab Vſipetibus & Teuchtheris, ab Aduaticis, à Romanis, à Sicambris, à Francis & Chamauis, toties à Brabantinis & Gallis, vt mirum ſit vllam reperiri gentem quæ in hoc tractu quantumuis feraci habitare velit, tam ſæpe tot incommoditatibus & periculis abiecto, adhæc in Germaniæ & Galliæ confinibus. Vnde non immeritò vrbs Leodium exclamare poſſet:

O malè vicinis hæc mœnia condita Gallis:
O triſti damnata loco, pax alta per omnes,
Et tranquilla quies populos, nos præda furentum,
Primáque caſtra ſumus.

Habuit tamen, dijs gratia, ſub principe Erhardo à Marca Cardinale in trigeſimum ferme annũ iam pacem & tran-

quillitatẽ; quapropter multis nominibus illi patria multum debet, quòd non ſolum ſubditum populum in ſumma quiete tanto tempore fouerit, verùm etiam collapſa ferè omnia in priſtinum reſtituerit ſtatum, vt non iniuria, non vrbis modò, ſed patriæ conditor & dici poſſet & mereretur, ſi pietatem abiectis ſordibus magis coluiſſet. Subdit autem poſtea Ammianus Marcellinus de eodem Iuliano Cæſare loquens: Quòd cunctis ex voto illi currentibus, ſtudio peruigili properans modis omnibus vtilitatem fundare prouinciarum. Munimenta tria recta ſerie ſuperciliјs impoſita fluminis Moſæ, ſubuerſa dudum obſtinatione barbarica, reparare pro tempore cogitabat, & ilico reparata ſunt. è quibus vnum fuiſſe credo multis coniecturis, arcem nobilem illam Stockheim, *quam idem quoque præſul Erhardus à Marca à fundamentis penè nouam & inexpugnabilem reddidit. Verùm ad Toxandriam ſiue Toxandrum redeamus, de qua rurſum Ammianus mentionem facit: In limitem, inquit, ſecundæ Germaniæ eſt egreſſus Iulianus, omníque apparatu quem flagitabat inſtans negotium, communitus, Toxandro oppido propinquabat. Rheno deinde tranſmiſſo, regionem ſubitò peruaſit Francorum, quos Anſuarios vocant, incertorum hominum licentius etiam perſcrutantium extima Galliarum. circa Toxandriam plena antiquitatum ſunt omnia: extat ſupra oppidum in monte cumulus, vel Henricorum patris & filij Imperatorum trophæum, vel Romanorum aut Francorum illic cæſorum congeſta oſſa. non diſtat inde procul vicus Phoros, vbi adhuc veſtigia caſtrorum more Romano extructorum apertiſſimè viſuntur. reliquam vetuſtatem inueſtigare, quia iuuenis patriam reliqui, nunquam licuit; optarẽ alicui Leodiorum, cui otium ſuppeteret, aliquando vt hæc requireret, cordi eſſe.*

DE COVINO.

REFERVNTVR *à veteribus inter Eburones aliæ etiam gentes, vt ſunt Careſæi & alij; quos quia non mihi conſtat, quibus hodie nominibus cenſentur, antiquitatis ſtudioſis inueſtigandos & deſcribendos relinquo: præterire tamen non poſſum oppidum Couinum videri à Couinis, hoc eſt vehiculis, quibus Galli olim in bellis vtebantur, eſſe denominatum. De quo Lucanus in primo:*

Et docilis rector monſtrati Belga Couini.

DE IVPILLA ET HARSTALLO.

NON *procul à Leodio eſt villa regia Iupilla, & è regione Herſtallum pagus, cuius toties fit mentio in vita Caroli Magni, ac toties ibidem nunc natalem Chriſti, nunc Paſcha celebraſſe memoratur. Fuit & Pipinorum illic arx & regia, quæ bellorum calamitatibus extremam paſſæ ſunt deſolationem, & tãtum illarum viſuntur ruinæ. Regiam autem villam appellatam Iupillam opinantur Leodiorum annales de rege quopiam Tungrorum cui nomen fuerit Iupilla: ego potius id nominis adſecutum crederem, quia à Pipinis, Carolo Martello, Carolo Magno & ſequentibus aliquot Imperatoribus atque regibus, ob loci amœnitatem & venationis copiam, culta fuerit. Subterlabitur Moſa, ſi vſquam alibi, placidiſſimè à Leodio ad dextram declinans paululum, vt villam regiam ſalutet & irriguis illius fontibus aquas ſuas ſerenet, quibus acceptis, & velut hilarior factus, mox in ſiniſtram reuoluitur, vt Toxandros petat & Menapiorum fines. Hæc villa regia, quæ olim ad Moſam tota erat, magna ex parte in amœniſſimam conuallem retracta eſt, & ſparſim inhabitatur. Hinc vitiſeris,*

illinc

illinc ſyluoſis ſepta montibus, vallis fauces iuxta rudera arcis Pipinorum lætiſsima excipiũt prata, quæ vſque ad Leodij mœnia perdurant. Nemo crederet quanta ſit vtriuſq; pagi Herſtalli & Iupillæ tum amœnitas, tum fertilitas, quantaque ſit omnis generis fructuum ibidem copia, quibus Leodium ſaginant & Moſæ tractum à Namurra vſque in Menapios & bonam Brabantiæ partem; vt quis dicere poſſet Tellurem matrem hunc ſibi delegiſſe locum in quem omnes dotes ſuas effunderet. de quibus omnibus ſi dicere vellem, iuſto libro opus foret. In villa Iupilla, & in ea quam dixi valle tenuis labitur riuus ebullientibus vndique fontibus in eam quantitatem auctus, vt rotam agat molendini ad incolarum vſus ſufficientis, iuxta quod olim domus fuit antiqua & nobilis quæ mihi maiores & proauos maternos ex Pipinorum familia dedit, qui bellorum calamitatibus in pauperem conditionem redacti fuerunt, præſertim bello quod proauus cum nobilitate Fleronum geſſit, vti ſæpe ex matre audiui.

DE LOTHORINGIA.

PAVLVLVM *infra Iupillam & Harſtallum in excelſa rupe ruinæ viſuntur arcis Lotharingiæ atq; eiuſdem nominis oppidi, vt opinor, propter pontem quem ſupra Moſam habuit, cuius nonnullæ adhuc cernuntur reliquiæ: opus autem fuiſſe reor Lotharij eius nominis primi Romanorum Imperatoris, qui prouinciam quoque Lotharingiam de ſuo nomine appellauit: ea erat inter Moſam & Rhenum à fontibus vſque ad vtriuſque amnis confluentem, Lotharijq; regnum appellabatur: & item Auſtraſia & Metenſis ducatus, Germanicè* Lothreich, *Gallicè* Lothregne, *& poſtea conciſis litteris* Loraine. *Leodium quoque ſub ſe comprehendebat, vti non ſemel refert*

Lotharingia vnde dicta.

Abbas

Abbas Vrſpergenſis in ſuo Chronico, præſertim vbi inquit: Leodium ciuitas Lotharingiæ eſt, Beati Lamberti martyris patrocinio ſatis inclyta, ſtudiis etiam litterarum præ cæteris adprime famoſa. In quo dum in vigilia Dominicæ Aſcenſionis anno MCXVII. *vniuerſus clerus decem videlicet congregationum intra matrem eccleſiam ex more conueniſſent, ad veſpertinalem ſynaxim concenturi, & iam primum pſalmum compleſſent, ſubito ſereniſſimus aër in turbinem verſus, tanta ſimul tonitrua terribiliter & fulgura cum ſulphureis ignibus excuſſit, vt extremam iam vltimi iudicij horam inſtare nemo qui aderat dubitauerit, duobus nimirum clericis, & vno de illuſtribus milite, hac tempeſtate intra ædes abſumptis. Decimoquinto dehinc die ex vicino quodam eiuſdem Epiſcopi monte vbi nunquam aqua præter pluuiam viſa eſt, fluuius ingens erupit, non modicam ciuitatis partem diluens, & cum maximo Leodienſium damno Traiectenſium ſe finibus infudit. Et alio loco dicit idem Abbas: Henricum Imperatorē in Lotharingiam contra Giſibertum exercitum duxiſſe, & omnem regionem eius ſubiacentem imperio igni traditam, ipſumq́ obſeſſum in caſtello* Kieuermont, *quod eſt Capremons, elapſum fuga inde profectum; & cùm obſidio difficultate locorum non procederet, vaſtata vndique regione, in Saxoniam reuerſum. Et alibi de eodē Giſiberto Duce ex Lotharingia expulſo loquens, dicit Carolum Regem reſtituiſſe illi quæ ſupererant loca circiter annum Domini* DCCCCXXII. *Traiectum, Iupillam, Harſtallum, Marſnam, Littam, Capremontem. Ruinæ Capremontis vno miliari ab vrbe Leodio in excelſo, & vndiq; prærupto monte apparent. Reliqua ad Moſam ſunt pagi ſeu vici, præter Traiectum: quod eſt oppidum, vt paulò pòſt dicam, nomina retinentes. Capremontem autem Nogerus Leodiorum Epiſcopus proditione cepit, &*

pit, & ſolo æquauit, & ex manubiis in templo vetuſtiſſimo olim à Romanis condito, vt & forma docet & ſimulacrum Spei in muro adhuc ſuperſtes declarat, in honorem diui Ioannis Euangeliſtæ, in maiore inſula Collegium canonicorum inſtituit, dilatato templo circa annum Domini D. CCCC. LXXIII.

Tantum autem floruerunt Leodij ſtudia litterarum, vt vno tempore legantur nouem Regum, Ducum xxiiij. Comitum xxix. Baronum, & ex prima nobilitate innumeri filij apud Leodios litteris operam nauaſſe patrimonio diui Lamberti aliti: & Epiſcopi officium erat atque canonicorum ſacras litteras & bonas artes interpretari. Nobilitas atque ciues reipub. gubernacula tenebant, erátque Scabinorum ampliſſimus Magiſtratus, qui de litibus iudicabat, quibus præerat ab Imperatore, vti & nunc eſt conſtitutus Scultetus. Si quid malè adminiſtrabatur ab his, Imperator adibatur, qui perperam acta reformabat, atque ita in ſumma tranquillitate & paucitate iudicum reſpublica Leodiorum florebat, quæ nulla nunc eſt innumera eorum multitudine oppreſſa & obruta, quorum omnium nomina ſi perſcriberem, integra pagina non ſatis eſſet, quibus lites non ſopiuntur ſed excitantur, & populus ad litigandum ita aſſueuit, vt ad altercandum natus videatur. Apud Leodios olim boni viri nullo iudiciorum ſtrepitu diſcordantes ciues conciliabant, non effundebat in mille rabulas forenſes ſubſtantiam ſuam plebs tum maximè abundans & diues, nunc vero quum ſit omnium pauperrima, ſi nihil aliud ſit, ſudorem dabit, quo ſe de verbulo à vicino malè prolato iure vindicet, ſuadentibus confeſtim aduocatis & procuratoribus, vt de ipſis iudicibus nihil dicam, qui nullo finiendarũ litium amore, ſed propter lucrum & faſtum ius dicentis officium ambiunt & exercent.

De

DE TRAIECTO.

RELICTA *Lotharingia, Toxandrorum oppidulum Viſetum Moſa petit, deinde Traiectum imperiale, vt aiunt, & nobiliſsimum municipium perlabitur, quod Velburgum aliquando appellatum Beatus Rhenanus annotauit, vtramque fluminis ripam occupat, & ponte marmoreo coniungitur, non quidem à Iulio Cæſare conſtructo, vt opinantur nonnulli, ſed longo poſt tempore ab ipſis ciuibus reperto marmore Namurrano. Verum eſt Strabonis ætate ab Auguſto vel Tiberio hoc loco ſublicibus pontem ædificatum, vt coniecturam facio ex eius verbis, dum inquit:* μετὰ δὲ τοὺς μεδιοματρίκους καὶ τριβόκχοις παροίκουσι τὸν ῥῆνον τούγγροι, καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν ῥωμαίων νυνὶ τῶν στρατηγούντων τὸν γερμανικὸν πόλεμον, πέραν δὲ ᾤκουν οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, οὓς μετήγαγεν ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ ῥήνου, τούγγροις δὲ συνεχεῖς νερούιοι, καὶ τοῦτο γερμανικὸν ἔθνος. *Id eſt: Poſt Mediomatrices autem atque Tribochos Tungri iuxta Rhenum habitant, apud quos Romani nunc pontem ædificant contra Germanos belligerantes, trans Rhenum autem circa hunc locum incolebant Vbij, quos ad interiorem Rheni ripam volentes traduxit Agrippa: Tungris verò contigui ſunt Neruij, & hij quoque natio Germanica. Verba Strabonis ideo licuit Græcè adſcribere, quia animaduertam & in Græcis exemplaribus dictionem* τριουάγροι *eſſe vicioſam. Quis enim vſquam legit Triuagros, aut, vt habēt veteres Latini codices, Triuſgros, gentem fuiſſe Germanicam? Reponendum igitur apud Strabonem pro* τριουάγροι, τούγγροι, *id eſt, Tungri, qui, vt bene ſcribit, non procul à Rheno abſunt, continui Neruijs & Aduaticis finitimi: ne quis Treueros intelligere malit, qui procul ab illis diſtant. In Tungris igitur Strabonis tempeſtate conſtructus eſt ni-*

Pons Traiectenſis marmoreus.

eſt nimirum apud Traiectum pons, quem Græcè ζεῦγμα appellat, cuius formam & ædificandi modum apud Suidam reperies. De hoc ponte Tacitus quoque mentionem facit, cuius hæc ſunt verba libro viceſimo hiſtoriæ Auguſtæ: Quo minus vltra pergeret Claudius Labeo Bethaſiorum Tungrorumq́; & Neruiorum tumultuaria manu reſtitit, fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Ex quibus annotare poteſt lector, hos tres populos Tungros, Neruios, & Bethaſios finitimos Traiecto fuiſſe, qui tumultuariè Labeoni adeſſe potuerũt. Habet præterea Traiectum à Romanis Latinum nomen, quod olim non ponte, ſed nauibus flumẽ hoc traijciebatur, Germanicè Trect *ſyncopatis pro Traiect litteris. Superiores Germani* Maſtricht, *id eſt,*

Traiectum vnde dictum.

Traiectum Moſæ vocant, ad differentiam Traiecti inferioris, quod tamen Vtricetum melius appelles. Traiectum inquam, de quo loquimur, nonnulli volunt oppidum eſſe omni gaudens immunitate, & ſolum Imperatorem debere agnoſcere dominum: quod ipſum nuper publico iudicij Imperialis Cameræ decreto declaratum eſt, reclamantibus tamen Brabantis, quorum Dux & Epiſcopus Leodienſis ciuitatis ſunt protectores. De Traiecto hoc à pleriſque annotatum eſt, & idem mihi retulit vir inſigni doctrina & pietate Doctor Arnoldus à Tungris, eius ciuitatis adoleſcentes præcoci quidem eſſe plerunque ingenio, ſed nunquam ad litterariam frugem peruenire, atque hoc adeò perpetuum eſſe, vt quum innumeros ex patria Leodienſi iuuenes ſub ſe multos annos quibus ſcholæ Colonienſi præfuit, litteris operam nauãtes, habuerit, qui litterariæ militiæ egregium fructum retulerunt, & in doctos viros euaſerunt, ſola Traiectenſis ciuitas ſemper ſterilis remanſit. Leodium noſtra tempeſtate, vt de præterita nihil dicam, quam ſoli Prumienſes monachi celebrem redderent, inter multa milia

Vtricetum.

Arnoldum

Arnoldum Ligonium tulit, virum adeò ſolida doctrina, vt antiquitati illum obijcere potuiſſet, verùm ante diem acerba mors illum nobis abſtulit. Florenæ Remaclum inſignem ediderunt poëtam, & ſi quid honoris inde eſſe poßit, mihi patrem eodem quo ego nomine, atque doctorem Nicolaum equitem auratum & Cæſaris Caroli quinti Archiatrum: Vercellæ duos Bercellios, quorum altero qui monachiſmum apud diuum Laurentium profeſſus eſt, nihil doctius, ſi conſtantia litteras adornaſſet. Maſacum Rutgerum iactet Reſcium, qui apud Leuacos Græcas profitetur litteras. Tungri contenti eſſe deberent antea nominato ſuo doctore Arnoldo, qui pietatem cum doctrina ita coniunxit, vt in vtra excellat, dubium ſit, & cuius laudes & virtutes ſi vltrà prædicare pergerem, vereor ne inuidioſas & ſuſpectas reddam, quòd olim eo ſim inſtitutore vſus & hoc nomine illi plurimum debeam. Centrones Nicolao Nickmanno merito gloriarentur, qui per plurimos annos in ſchola Leodienſi ſumma cum laude litteris & moribus ciuitatis formauit iuuentutem.

DE SICAMBRIS.

SICAMBRI *Menapiorum regionem hodie occupant, & Germanos indigetes fuiſſe nomine ipſo deprehenditur; Germanicè enim* Sygemberger *appellabantur. Vnde & Sygambri in vetuſtis quibuſdam codicibus ſcriptũ reperitur. Habitarunt ad alteram Rheni ripam paululum infra Vbios, & ad Ruram fluuium, qui apud Dusburgum Rheno immiſcetur, vbi adhuc ruinæ vrbis & arcis* Sygemburg *manifeſtiſſime viſuntur. Extat etiam oppidum & arx olim, nunc cœnobium* Sygemberg *non procul à Colonia Agrippina, nimirum à Sycambris denominatum. Item* Sygem *oppidum & fluuius, & ducatus Bergenſis. Hos ſæpe excurriſſe in*

Sygemberger.

Sycambrorũ ſedes veteres.

riſſe in Gallias, & ſemper repulſos, ex Cæſare colligitur. Octauius autem Auguſtus, vt eſt apud Suetonium, dedentes ſeſe traduxit in Galliam, in eas terras quas toties excurſionibus appetiuerant, in proximos, vt idem ait, Rheno agros; vnde non dubito hos eſſe, quos modò Gelrenſes appellamus. Scribit Cæſar, vt ſuprà oſtendimus, eos cum duobus equitum milibus tramiſſo Rheno, oppugnatum veniſſe Romanos ad Varucam, vbi erat Q. Cicero. Cauſa autem traductionis in Gallias fuit, vt exciſis illis Sycambrorum nomen prorſus extingueretur, formidabile Romanis, vt ait Cornelius Tacitus. De hijs etiam Horatius ad Antonium Iulium:

Concines maiore poëta plectro
Cæſarem quandoque trahet feroces
Per ſacrum cliuum mèrita decorus
Fronde Sycambros.

Feroces verò appellat eos Horatius, eo quòd Centuriones Romanos ad colligenda ſtipendia miſſos crucibus affixerant. Quare & alio loco idem Horat.

Te cæde gaudentes Sycambri
Compoſitis venerantur armis. & Martialis:
Crinibus in nodum tortis venere Sycambri &c.

AN SYCAMBRI IN TROIANOS SVAM ORIGINEM REFERRE poſſint.

QVONIAM plerique Galliæ populi originem ſuam in Troianos referre malunt, vt Auerni de quibus Lucanus:

Auerni Latios auſi ſe fingere fratres
Sanguine ab Iliaco.

Item Franci Trecaſſes Senones, opinatus ſum dictantibus illud

illud ipſum Leodiorum annalibus, Tungros quoque Sicambros & Phriſios à Troianis oriundos, quibuſdam adductus coniecturis. De Tungris autem Arduenna ſylua me mouebat, quam Galli Foreſtam Dardaniæ appellant, in qua eſt oppidum Dione, quod Dionantum dicunt, vbi Veneris Diones templum à Tungari Troiano duce & Tungrorum conditore conſtructum aiunt; quare in Eburonibus meis olim iuuenis luſi, Dionantum oppidum.

Tungarus Idææ liquit iuga ſacra Diones,
Et rapidas Xanthi dux bonus amnis aquas.
Venit Eburronũ denſosq́; ad lumina lucos &c.

Porro de Sycambris opinionem augebat Xanthum oppidum nobile hodie in Cliuijs, non procul ab Aſciburgio, quod Vetera caſtra eſſe non bene opinantur, niſi mutati nominis aliam cauſam quàm ridiculam illam de ſanctis ibi cæſis, aſsignent. Vnde rurſum ego: Xanthum oppidum.

Se quoque Troiano iactat de ſanguine cretum
Littora qui Moſæ curua Sycamber arat.
Atque equidem Xanthum antiquæ veſtigia gentis
Vrbem Cliuenſi ſub ditione docet.

Quem non in ſuſpitionem traheret Phriſia, quam olim Phrigiam Troianus Grunius appellarit, Groningamq́; in Phriſijs condiderit, & templum in ea mirandi operis vndique quondam peruium, & columnis ſubnixum, nunc verò muro concluſum! Nec obſtaret Cornelius Tacitus, qui Germanos indigetes appellat; non enim vna natio, aut vnus regionis tractus a Troianis occupatus protinus Germanorum originem inuerteret. Sunt & adhuc hodie indigenæ Germani, licet gens alia paſsim Germaniam inhabitet, vt Boiohemi, Poloni & alij. Et quid vetuerit ſi primũ à Troia profecti Troiani, in Hungaria, vt fertur, conſederint, deinde aucti numero ad Rhenum ſedes quæſiuerint, quibus non

contenti in ſertiliorem Galliam penetrare voluerint: quod equidem non adeò difficile factu fuit, Germania tum temporis vrbibus carente. Nonne ab Hunis per eum fermè tractum, vt quaſi repetitum credas, factum idem legimus, quo tempore munitior erat Germania? Et quid non peruium fuiſſet generoſis illis ſpiritibus?

Enumeratis qui ſunt infra Leodium populis, non erit abſurdum quædam loca recenſere ad Moſam ſupra Leodium Romanam præ ſe ferentia originem. Et imprimis quidem, quia diximus pleroſque vicos & montes in ipſa vrbe nomina Romanorum ducum, qui ad Varucam oppetierunt, ſortitos, vrbe Leodio egreſſis per viam Auranculeiam, & aduerſo flumine Huyum ire volentibus à dextra Publium ſtatim habent montem, qua parte ab radicibus ad ſummitatem vſque vitifer eſt, deinde ſyluoſus. In apice, vbi phanum Vulcani olim fuerat, cœnobium nunc eſt diuo Aegidio ſacrum, & non procul inde locus ſuppliciorum, vnde Careſij deſpiciuntur. ad ſiniſtrum Moſæ latus, vltra pergentibus apparet in excelſa rupe mons Iouis, arx ita nominata, & à Romanis nimirum conſtructa: quæ quidem hoc loco me admonet, vt Gallis malè intellectam regum ſuorum exclamationem dum prælia ineunt, Mon Ioie ſant Denis *declarẽ, quam protuliſſe fertur is rex, qui primus inter Francos Chriſtianæ religioni nomina dedit, & poſteri reges in animandis ſuis ad fortiter præliandum vſurparunt & vtuntur; interpretantur autem: Meum gaudium ſanctus Dionyſius, quod nõ ita ſeſe habere vel fœminæ Gallicæ animaduertere deberent, cùm eorum lingua,* ioie, *id eſt gaudium non maſculini aut neutri, ſed fœminini ſit generis, & dicendũ fuerat* ma ioie ſant Denys. *non igitur* ioie *hic gaudiũ ſignificat, ſed Iouem, quem Galli* Ioue *appellabãt, proptereaq; Clodomirus, inclinata ſuorum acie, cùm inuocando Iouem non proficeret, ad*

Publius mons.

Mont Ioie.

Mon ioie ſant Denis.

ceret, ad Deum Chriſtianorum quem per Galliam Dionyſius, ſiue Areopagita ille, ſiue alius annunciauerat, conuerſus ad ſuos, qui magna ex parte Chriſtiani erant, exclamauit: Siſtite viri gradum, & fortiter pugnate. Mon Ioie ſaint Denis, *id eſt, meus Iuppiter ſanctus Dionyſius erit, hoc eſt, eum deũ relicto Ioue colam, quem Dionyſius prædicauit, & vos adoratis. Quo audito, Galli Chriſtiani alacres in pugnam reuerſi, hoſtes fuderũt, & Clodomirus à diuo Remigio ſancto baptiſmatis lauacro ablutus eſt. Poſtmodũ reges hanc vocem vſurpare volentes, pro Ioue* Ioie *pronunciant, re non bene conſiderata. Quòd autem verum ſit Gallos Iouem* Ioue *ſiue* Ioie *appellaſſe, inde deprehendo, quòd ijdem ipſi Iouios hodie* Ioie *appellitant. Sunt autem Iouij lapilli, quos peregrinantes per vias in cumulos conijciunt, vt ſint recti itineris indices, quales multos per Galliam diuum Iacobum petẽtes vbique videmus, quos Galli* Mont-Ioie *vocant. Eſt & in Eburonibus olim, nunc* Iuliacenſi *Duci parens, arx, in Arduenna ſylua, qua parte* Eyfelt *appellatur, mons Iouis dicta* Mont Ioue, *vt hoc quoque annotarim.*

Poſt Iouis montem Amantium occurrit, deinde Huyum peruenitur, de quo oppido ſuprà dixi: poſtmodum ad oſtium Sabis fluminis vbi Namurra elegans ſanè oppidum & marmore ſubcinericio nobile, hoc quidem Namurcum vulgariter vocant, Namur, *id eſt, nouus murus.* Amantium. Namurra oppidum.

Iterum de Varuca.

Ad Sabim, vt antea dixi, Labieni caſtra erant loco excelſo in Rhemis & confinio Treuerorum, vbi nunc eſt Labienſe monaſterium; tam latè tum Rhemi & Treueri dominabantur. Refellenda autem eſt hîc eorum opinio qui Varucam exiſtimant alio quàm dixi loco fuiſſe, inter quos eſt D. Lambertus Paſcalis, vti ex inſigni poëta Henrico Glareano accipio, qui non Vatucam, ſed Ratucam legendum putat, vt ſit De Varuca iterum.

oppidulum Hertzog Rodt *inter Aquiſgranum & Iuliacum. nullas enim legiones Cæſar cis Moſam collocauit, ſed omnes vltra Moſam, ita vt altera alteri ſubſidio eſſe & venire intra duos dies poſſet, cùm inter ſeſe plus quinquaginta milibus paſſuum non diſtarent, & magno periculo fuiſſet legio vna, ſi in* Rodt *hyberna habuiſſet, propter Germanos & vicinum Rhenum, à quo vix octo miliaribus abeſt; & item propter Treuiros & Menapios, in quorum finibus hic locus eſt ſitus. Labieni autem hyberna non multum diſtabãt à Neruijs, quapropter ex Samarobrina Cæſar ad illum ſcribebat, & ad ſe accerſibat, vt ſubueniret obſeſſo Ciceroni in Neruijs vno miliari Germanico ab oppido* Oudenard, *in pago cuius nominis nunc non ſum memor, vbi quotidie innumera Romanorum numiſmata & ſimulachra deorum, quorum nonnulla vidi, effodiuntur & eruuntur: quod nequaquam fieri potuiſſet, ſi tam procul fuiſſent Labieni caſtra, hoc eſt cis Moſam in Treuiris. Quòd autem Labieni caſtra ad Sabim fuerint, iterum probatur eo quod Cæſar ſcribat quinquaginta milibus paſſuum à Ciceronis hybernis in Neruijs abfuiſſe, & de Cæſaris victoria per Rhemos Labienum eodem die, imò paucis horis, certiorem factum. ſed libet Cæſaris verba adponere: Interim, inquit, ad Labienum per Rhemos incredibili celeritate de victoria Cæſaris fama perfertur, vt cùm ab hybernis Ciceronis milia paſſuum quinquaginta abeſſet, eoq́ post horam nonam diei Cæſar perueniſſet, ante mediam noctem ad portas caſtrorum clamor oriretur, quo clamore ſignificatio victoriæ, gratulatioq́ ab Rhemis Labieno fieret. Porro Labieni caſtra excelſo & natura munito erant loco, vt eſt Labienſe monaſterium hodie. Vnde rurſum Cæſar: Labienus, ait, cùm & loci natura & manu munitiſſimis caſtris ſeſe contineret, de ſuo ac legionis periculo nihil timebat. & ſtatim poſtea eodem libro:*

Veltzic deſcribitur.

Monaſterium Labienſe.

Cùm

Cùm ex iuſſu Labieni omnes vnum Induciomarum peterent, in ipſo fluminis vado deprehenſus interficitur, caputq́; eius refertur in caſtra. Igitur non ad Moſam, qui hyberno tempore vadoſus non eſt, ſed ad Sabim Labieni caſtra erant, & diſtabant à Varuca quinquaginta milibus paſſuum, quemadmodum Ambiorix apud eundem Cæſarem dicebat hÿs verbis quibus illis perſuaſit, vt ſeſe ſuæ fidei committerent. Magnam manum Germanorum conductam Rhenum tranſiſſe, hanc affore biduo, ipſorum eſſe conſilium, velint ne prius quàm finitimi ſentiant, eductos ex hybernis milites, aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere, quorum alter milia paſſuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab his abſit. Rodt *quam Ratucam appellare vult D. Lambertus Paſcalis, diſtat à Labienſi monaſterio, vbi diximus hyberna Labieni fuiſſe, ferme centum & amplius milibus paſſuum; à noſtra verò Varuca nō multum ſupra quinquaginta, à qua ſi ad* Oudenard *in Neruÿs rectà proficiſcatur, paulo amplius erit. Non nego maximam partem Eburonum inter Moſam & Rhenum fuiſſe; verùm etiam vltra Moſam terras poſſediſſe, certo certius apparet, ex quo Aduaticis vicini erant; imò & ad Sabim vſque fines eorum protenſos, ex Cæſare non vno loco patet. Præterea Varucam in finibus eorum fuiſſe Cæſar declarat, dum dicit de Ambiorige & Catiuulco loquens libro quinto: Qui quum ad fines regni ſui, hoc eſt ad Varucam, Sabino Cottæq́; præſto fuiſſent, frumentumq́; in hyberna comportauiſſent &c. Et ſi non ignorem fines quandoq; pro regione poni: volebat autem Ambiorix per fines ſuos ad Labienum vel Ciceronem ducere legionem, quoniam vſque ad Sabim ad Moſam dominabatur, vt patet ex Cæſare, dum à Varuca ad vaſtandos Ambiorigis fines ad extremitatem Arduennæ ſyluæ, & ad Sabim proficiſcitur.*

DE SAMAROBRINA.

Samarobrina nunc Cameracum

QVONIAM *audiam quàm plurimos de Samarobrina ſubdubitare, & vereri ne non ſit Imperialis illa & verè amœna ciuitas, quam Cameracũ hodie dicunt, errare eos vehementer, & nullum aliud oppidum eſſe, confirmandum eſt. Primum non me mouet Ptolemæus, qui Samarobrinam ciuitatem Ambianorum facit; nam etſi ciuitas Ambianorũ Samarobrina fuerit, non propterea ſequitur Samarobrinam eſſe Ambianos oppidum Gallicè* Amiens. *Potuerunt enim Ambiani alia quoq; habuiſſe oppida quorum Ptolemæus non meminerit; nihilominus tamen Ambiani erant, id eſt,* Amiens, *non vſq; adeo tum magnum oppidum, vti nunc eſt, vt veteres muri docent. Sic etiam idem Ptolemæus ciuitatẽ Rhemorum, Durocotorum & Cæſaromagum Bellouacorum appellat. Cùm ea tempeſtate & Rhemi & Bellouaci, ſicut hodie, oppida erant & gentis caput. Item Sueſſones & gentis & oppidi nomen eſt: habuerunt autem ſub ſe Sueſſones duodecim oppida, vt libro ſecundo ſcribit Cæſar; quorum Bibrax vnum, hodie* Braine, *quatuor miliaribus gallicis à Sueſſonibus, Comitatus titulo decoratum, & item* Nouiodunum, Noyon, *Bellouacorum verò Bratuſpantium erat oppidum. Quare nihil agunt, qui Samarobrinam Ambianos eſſe opinantur. Cùm autem Cæſar eſſet Samarobrinæ, id eſt, Cameraci, vt nunc vocant, & certior eſſet factus de oppugnatione caſtrorum Ciceronis in Neruijs, miſit nuntium ſtatim in Bellouacos ad M. Craſſum, cuius hyberna aberant ab eo milia paſſuum viginti quinque. Vbi notandum, Bellouacorum vrbem paulo amplius diſtare à Samarobrina; ſed hyberna Craſſi, non in ipſa vrbe Bellouacorũ, ſed in eorum finibus aliqua parte fuiſſe, ita vt dimenſio non obſtet. Alterum nuntium etiam in Aeſ-*

Bibrax.

Nouiodunum.

in Aeſſuos ad C. Fabium miſit, vt in Atrebatiũ fines legionem adduceret, qua ſibi iter faciendum ſciebat. erant Aeſſui qui circa oppidum Aet *habitant, quod ſuperiores Germani* Aes *dicũt. Fabius autem, vt imperatum erat, non ità multum moratus in itinere cum legione occurrit, quod omnino faciendum ex Aeſſuis in Atrebates ire volenti. Ad Labienum item vt veniret in fines Nerviorum ſcripſerat, ſi reipub. cauſa & commodo facere poſſet. M. Craſſum Samarobrinæ præficit. Poſt liberatum Ciceronem legiones circa Samarobrinam retinuit. Et profectò commodiorem locum habere non poterat. neque enim putet quiſquam vrbem* Cameracenſem *nouam eſſe, aut intra paucos annos in tantam amplitudinem excreuiſſe: eſt certè nobilis illa Samarobrina, de qua ad Trebatium ſcribit Cicero: Vna colloqutio noſtra pluris erit, quàm omnes Samarobrinæ. Et in alia epiſtola: O præclara caſtra, quid tu feciſſes. ſi te Tarentum, & non Samarobrinam miſiſſem! Et quodnam amplius dubium eſſe poterit, quum nomen ipſum indicat quod quærimus,* Cambray *Galli, Itali verò* Samberey *dicunt, vide quàm facilè Samarobrinam inde fecerint. Si ex* Amiens *faciunt Ambianos, ex* Beauuais *Bellouacos, quid vetat ex* Samberey *Samarobrinam fieri?* Aeſſui.

DE HANONIA ET BELGIO.

SAMAROBRINA *& tractus Samarobrinenſis, vt de vicina Hanoniæ nonnihil dicam, me admonent, de qua multi intra non adeò multos annos multa ſcripſere, in Troianos ciuitatum origines referentes, & ab Hannone duce Hanoniam denominatam putantes; quæ quoniam fabuloſa ſunt, miſſa nunc facimus, & quod verius apparet oſtendemus. Nemini ex ijs qui hiſtorias paulo accuratius legerunt, non notum eſt, bonam partem Galliæ Belgicæ à Ger-*

illinc ſyluoſis ſepta montibus, vallis fauces iuxta rudera arcis Pipinorum lætiſſima excipiũt prata, quæ vſque ad Leodij mœnia perdurant. Nemo crederet quanta ſit vtriuſq; pagi Herſtalli & Iupillæ tum amœnitas, tum fertilitas, quantaque ſit omnis generis fructuum ibidem copia, quibus Leodium ſaginant & Moſæ tractum à Namurra vſque in Menapios & bonam Brabantiæ partem; vt quis dicere poſſet Tellurem matrem hunc ſibi delegiſſe locum in quem omnes dotes ſuas effunderet. de quibus omnibus ſi dicere vellem, iuſto libro opus foret. In villa Iupilla, & in ea quam dixi valle tenuis labitur riuus ebullientibus vndique fontibus in eam quantitatem auctus, vt rotam agat molendini ad incolarum vſus ſufficientis, iuxta quod olim domus fuit antiqua & nobilis quæ mihi maiores & proauos maternos ex Pipinorum familia dedit, qui bellorum calamitatibus in pauperem conditionem redacti fuerunt, præſertim bello quod proauus cum nobilitate Fleronum geſſit, vti ſæpe ex matre audiui.

DE LOTHORINGIA.

PAVLVLVM *infra Iupillam & Harſtallum in excelſa rupe ruinæ viſuntur arcis Lotharingiæ atq; eiuſdem nominis oppidi, vt opinor, propter pontem quem ſupra Moſam habuit, cuius nonnullæ adhuc cernuntur reliquiæ: opus autem fuiſſe reor Lotharij eius nominis primi Romanorum Imperatoris, qui prouinciam quoque Lotharingiam de ſuo nomine appellauit: ea erat inter Moſam & Rhenum à fontibus vſque ad vtriuſque amnis confluentem, Lotharijq; regnum appellabatur: & item Auſtraſia & Metenſis ducatus, Germanicè* Lothreich, *Gallicè* Lothregne, *& poſtea conciſis litteris* Loraine. *Leodium quoque ſub ſe comprehendebat, vti non ſemel refert Abbas*

Lotharingia vnde dicta.

Abbas Vrſpergenſis in ſuo Chronico, præſertim vbi inquit: Leodium ciuitas Lotharingiæ eſt, Beati Lamberti martyris patrocinio ſatis inclyta, ſtudiis etiam litterarum præ cæteris adprime famoſa. In quo dum in vigilia Dominicæ Aſcenſionis anno M C X V I I. *vniuerſus clerus decem videlicet congregationum intra matrem eccleſiam ex more conueniſſent, ad veſpertinalem ſynaxim concenturi, & iam primum pſalmum compleſſent, ſubito ſereniſſimus aër in turbinem verſus, tanta ſimul tonitrua terribiliter & fulgura cum ſulphureis ignibus excuſſit, vt extremam iam vltimi iudicij horam inſtare nemo qui aderat dubitauerit, duobus nimirum clericis, & vno de illuſtribus milite, hac tempeſtate intra ædes abſumptis. Decimoquinto dehinc die ex vicino quodam eiuſdem Epiſcopi monte vbi nunquam aqua præter pluuiam viſa eſt, fluuius ingens erupit, non modicam ciuitatis partem diluens, & cum maximo Leodienſium damno Traiectenſium ſe finibus infudit. Et alio loco dicit idem Abbas: Henricum Imperatorē in Lotharingiam contra Giſibertum exercitum duxiſſe, & omnem regionem eius ſubiacentem imperio igni traditam, ipſumq́ obſeſſum in caſtello* Kieuermont, *quod eſt* Capremons, *elapſum fuga inde profectum; & cùm obſidio difficultate locorum non procederet, vaſtata vndique regione, in Saxoniam reuerſum. Et alibi de eodē Giſiberto Duce ex Lotharingia expulſo loquens, dicit Carolum Regem reſtituiſſe illi quæ ſupererant loca circiter annum Domini* DCCCCXXII. *Traiectum, Iupillam, Harſtallum, Marſnam, Littam, Capremontem. Ruinæ Capremontis vno miliari ab vrbe Leodio in excelſo, & vndiq́ præerupto monte apparent. Reliqua ad Moſam ſunt pagi ſeu vici, præter Traiectum: quod eſt oppidum, vt paulò pòſt dicam, nomina retinentes Capremontem autem Nogerus Leodiorum Epiſcopus proditione cepit, &*

pit, & ſolo æquauit, & ex manubiis in templo vetuſtiſſimo olim à Romanis condito, vt & forma docet & ſimulacrum Spei in muro adhuc ſuperſtes declarat, in honorem diui Ioannis Euangeliſtæ, in maiore inſula Collegium canonicorum inſtituit, dilatato templo circa annum Domini D. CCCC. LXXIII.

Tantum autem floruerunt Leodij ſtudia litterarum, vt vno tempore legantur nouem Regum, Ducum xxiiij. Comitum xxix. Baronum, & ex prima nobilitate innumeri filij apud Leodios litteris operam nauaſſe patrimonio diui Lamberti aliti: & Epiſcopi officium erat atque canonicorum ſacras litteras & bonas artes interpretari. Nobilitas atque ciues reipub. gubernacula tenebant, erátque Scabinorum ampliſſimus Magiſtratus, qui de litibus iudicabat, quibus præerat ab Imperatore, vti & nunc eſt conſtitutus Scultetus. Si quid malè adminiſtrabatur ab his, Imperator adibatur, qui perperam acta reformabat, atque ita in ſumma tranquillitate & paucitate iudicum reſpublica Leodiorum florebat, quæ nulla nunc eſt innumera eorum multitudine oppreſſa & obruta, quorum omnium nomina ſi perſcriberem, integra pagina non ſatis eſſet, quibus lites non ſopiuntur ſed excitantur, & populus ad litigandum ita aſſueuit, vt ad altercandum natus videatur. Apud Leodios olim boni viri nullo iudiciorum ſtrepitu diſcordantes ciues conciliabant, non effundebat in mille rabulas forenſes ſubſtantiam ſuam plebs tum maximè abundans & diues, nunc verò quum ſit omnium pauperrima, ſi nihil aliud ſit, ſudorem dabit, quo ſe de verbulo à vicino malè prolato iure vindicet, ſuadentibus confeſtim aduocatis & procuratoribus, vt de ipſis iudicibus nihil dicam, qui nullo finiendarũ litium amore, ſed propter lucrum & faſtum ius dicentis officium ambiunt & exercent.

DE TRAIECTO.

RELICTA *Lotharingia, Toxandrorum oppidulum Viſetum Moſa petit, deinde Traiectum imperiale, vt aiunt, & nobiliſsimum municipium perlabitur, quod Velburgum aliquando appellatum Beatus Rhenanus annotauit, vtramque fluminis ripam occupat, & ponte marmoreo coniungitur, non quidem à Iulio Cæſare conſtructo, vt opinantur nonnulli, ſed longo poſt tempore ab ipſis ciuibus reperto marmore Namurrano. Verum eſt Strabonis ætate ab Auguſto vel Tiberio hoc loco ſublicibus pontem ædificatum, vt coniecturam facio ex eius verbis, dum inquit:* μετὰ δὲ τοὺς μεδιοματρίκους καὶ τριβόκχοις παροικοῦσι τὸν ῥῆνον τούγγροι, καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν ῥωμαίων νυνὶ τῶν στρατευόντων τὸν γερμανικὸν πόλεμον, πέραν δὲ ᾤκουν οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, οὓς μετήγαγεν ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ ῥήνου, τούγγροις δὲ συνεχεῖς νέρβιοι, καὶ τοῦτο γερμανικὸν ἔθνος. *Id eſt: Poſt Mediomatrices autem atque Tribochos Tungri iuxta Rhenum habitant, apud quos Romani nunc pontem ædificant contra Germanos belligerantes, trans Rhenum autem circa hunc locum incolebant Vbij, quos ad interiorem Rheni ripam volentes traduxit Agrippa: Tungris verò contigui ſunt Neruij, & hij quoque natio Germanica. Verba Strabonis ideo licuit Græcè adſcribere, quia animaduertam & in Græcis exemplaribus dictionem* τριουάγροι *eſſe vicioſam. Quis enim vſquam legit Triuagros, aut, vt habẽt veteres Latini codices, Triuſgros, gentem fuiſſe Germanicam? Reponendum igitur apud Strabonem pro* τριουάγροι, τούγγροι, *id eſt, Tungri, qui, vt bene ſcribit, non procul à Rheno abſunt, continui Neruijs & Aduaticis finitimi: ne quis Treueros intelligere malit, qui procul ab illis diſtant. In Tungris igitur Strabonis tempeſtate conſtructus eſt ni-*

Pons Traiectenſis marmoreus.

eſt nimirum apud Traiectum pons, quem Græcè ζεῦγμα *appellat, cuius formam & ædificandi modum apud Suidam reperies. De hoc ponte Tacitus quoque mentionem facit, cuius hæc ſunt verba libro viceſimo hiſtoriæ Auguſtæ: Quo minus vltra pergeret Claudius Labeo Bethaſiorum Tungrorumq; & Neruiorum tumultuaria manu reſtitit, fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Ex quibus annotare poteſt lector, hos tres populos Tungros, Neruios, & Bethaſios finitimos Traiecto fuiſſe, qui tumultuariè Labeoni adeſſe potuerũt. Habet præterea Traiectum à Romanis Latinum nomen, quod olim non ponte, ſed nauibus flumẽ hoc traijciebatur, Germanicè* Trect *ſyncopatis pro Traiect litteris. Superiores Germani* Maſtricht, *id eſt, Traiectum Moſæ vocant, ad differentiam Traiecti inferioris, quod tamen Vtricetum melius appelles. Traiectum inquam, de quo loquimur, nonnulli volunt oppidum eſſe omni gaudens immunitate, & ſolum Imperatorem debere agnoſcere dominum: quod ipſum nuper publico iudicij Imperialis Cameræ decreto declaratum eſt, reclamantibus tamen Brabantis, quorum Dux & Epiſcopus Leodienſis ciuitatis ſunt protectores. De Traiecto hoc à pleriſque annotatum eſt, & idem mihi retulit vir inſigni doctrina & pietate Doctor Arnoldus à Tungris, eius ciuitatis adoleſcentes præcoci quidem eſſe plerunque ingenio, ſed nunquam ad litterariam frugem peruenire, atque hoc adeò perpetuum eſſe, vt quum innumeros ex patria Leodienſi iuuenes ſub ſe multos annos quibus ſcholæ Colonienſi præfuit, litteris operam nauãtes, habuerit, qui litterariæ militiæ egregium fructum retulerunt, & in doctos viros euaſerunt, ſola Traiectenſis ciuitas ſemper ſterilis remanſit. Leodium noſtra tempeſtate, vt de præterita nihil dicam, quam ſoli Pruimenſes monachi celebrem redderent, inter multa milia*

Traiectum vnde dictum.

Vtricetum.

Arnoldum

Arnoldum Ligonium tulit, virum adeò ſolida doctrina, vt antiquitati illum obijcere potuiſſet, verùm ante diem acerba mors illum nobis abſtulit. Florenæ Remaclum inſignem ediderunt poëtam, & ſi quid honoris inde eſſe poſſit, mihi patrem eodem quo ego nomine, atque doctorem Nicolaum equitem auratum & Cæſaris Caroli quinti Archiatrum: Vercellæ duos Bercellios, quorum altero qui monachiſmum apud diuum Laurentium profeſſus eſt, nihil doctius, ſi conſtantia litteras adornaſſet. Maſacum Rutgerum iactet Reſcium, qui apud Leuacos Græcas profitetur litteras. Tungri contenti eſſe deberent antea nominato ſuo doctore Arnoldo, qui pietatem cum doctrina ita coniunxit, vt in vtra excellat, dubium ſit, & cuius laudes & virtutes ſi vltrà prædicare pergerem, vereor ne inuidioſas & ſuſpectas reddam, quòd olim eo ſim inſtitutore vſus & hoc nomine illi plurimum debeam. Centrones Nicolao Nickmanno meritogloriarentur, qui per plurimos annos in ſchola Leodienſi ſumma cum laude litteris & moribus ciuitatis formauit iuuentutem.

DE SICAMBRIS.

SICAMBRI *Menapiorum regionem hodie occupant, & Germanos indigetes fuiſſe nomine ipſo deprehenditur; Germanicè enim* Sygemberger *appellabantur. Vnde & Sygambri in vetuſtis quibuſdam codicibus ſcriptū reperitur. Habitarunt ad alteram Rheni ripam paululum infra Vbios, & ad Ruram fluuium, qui apud Dusburgum Rheno immiſcetur, vbi adhuc ruinæ vrbis & arcis* Sygemburg *manifeſtiſſime viſuntur. Extat etiam oppidum & arx olim, nunc cœnobium* Sygemberg *non procul à Colonia Agrippina, nimirum à Sycambris denominatum. Item* Sygem *oppidum & fluuius, & ducatus Bergenſis. Hos ſæpe excurriſſe in*

Sygemberger.

Sycambrorū ſedes veteres.

riſſe in Gallias, & ſemper repulſos, ex Cæſare colligitur. Octauius autem Auguſtus, vt eſt apud Suetonium, dedentes ſeſe traduxit in Galliam, in eas terras quas toties excurſionibus appetiuerant, in proximos, vt idem ait, Rheno agros; vnde non dubito hos eſſe, quos modò Gelrenſes appellamus. Scribit Cæſar, vt ſuprà oſtendimus, eos cum duobus equitum milibus tramiſſo Rheno, oppugnatum veniſſe Romanos ad Varucam, vbi erat Q. Cicero. Cauſa autem traductionis in Gallias fuit, vt exciſis illis Sycambrorum nomen prorſus extingueretur, formidabile Romanis; vt ait Cornelius Tacitus. De hijs etiam Horatius ad Antonium Iulium:

Concines maiore poëta plectro
Cæſarem quandoque trahet feroces
Per ſacrum cliuum merita decorus
Fronde Sycambros.

Feroces verò appellat eos Horatius, eo quòd Centuriones Romanos ad colligenda ſtipendia miſſos crucibus affixerant. Quare & alio loco idem Horat.

Te cæde gaudentes Sycambri
Compoſitis venerantur armis. & Martialis:
Crinibus in nodum tortis venere Sycambri &c.

AN SYCAMBRI IN TROIANOS SVAM ORIGINEM REFERRE poſſint.

QVONIAM *plerique Galliæ populi originem ſuam in Troianos referre malunt, vt Auerni de quibus Lucanus:*

Auerni Latios auſi ſe fingere fratres
Sanguine ab Iliaco.

Item Franci Trecaſſes Senones, opinatus ſum dictantibus illud

illud ipſum Leodiorum annalibus, Tungros quoque Sicambros & Phriſios à Troianis oriundos, quibuſdam adductus coniecturis. De Tungris autem Arduenna ſylua me mouebat, quam Galli Foreſtam Dardaniæ appellant, in qua eſt oppidum Dione, quod Dionantum dicunt, vbi Veneris Dionantum oppidum. *Diones templum à Tungari Troiano duce & Tungrorum conditore conſtructum aiunt; quare in Eburonibus meis olim iuuenis luſi,*

Tungarus Idæa liquit iuga ſacra Diones,
Et rapidas Xanthi dux bonus amnis aquas.
Venit Eburronū denſosq́; ad lumina lucos &c.

Porro de Sycambris opinionem augebat Xanthum oppidum nobile Xanthum oppidum. *hodie in Cliuijs, non procul ab Aſciburgio, quod Vetera caſtra eſſe non bene opinantur, niſi mutati nominis aliam cauſam quàm ridiculam illam de ſanctis ibi cæſis, aſsignent. Vnde rurſum ego:*

Se quoque Troiano iactat de ſanguine cretum
Littora qui Moſæ curua Sycamber arat.
Atque equidem Xanthum antiquæ veſtigia gentis
Vrbem Cliuenſi ſub ditione docet.

Quem non in ſuſpitionem traheret Phriſia, quam olim Phrigiam Troianus Grunius appellarit, Groningamq́; in Phriſijs condiderit, & templum in ea mirandi operis vndique quondam peruium, & columnis ſubnixum, nunc verò muro concluſum! Nec obſtaret Cornelius Tacitus, qui Germanos indigetes appellat; non enim vna natio, aut vnus regionis tractus a Troianis occupatus protinus Germanorum originem inuerteret. Sunt & adhuc hodie indigenæ Germani, licet gens alia paſsim Germaniam inhabitet, vt Boiohemi, Poloni & alij. Et quid vetuerit ſi primū à Troia profecti Troiani, in Hungaria, vt fertur, conſederint, deinde aucti numero ad Rhenum ſedes quæſiuerint, quibus non

contenti in ſertiliorem Galliam penetrare voluerint: quod equidem non adeò difficile factu fuit, Germania tum temporis vrbibus carente. Nonne ab Hunis per eum fermè tractum, vt quaſi repetitum credas, factum idem legimus, quo tempore munitior erat Germania? Et quid non peruium fuiſſet generoſis illis ſpiritibus?

Enumeratis qui ſunt infra Leodium populis, non erit abſurdum quædam loca recenſere ad Moſam ſupra Leodium Romanam præ ſe ferentia originem. Et imprimis quidem, quia diximus pleroſque vicos & montes in ipſa vrbe nomina Romanorum ducum, qui ad Varucam oppetierunt, ſortitos, vrbe Leodio egreſſis per viam Aurunculeiam, & aduerſo
Publius mons. *flumine Huyum ire volentibus à dextra Publium ſtatim habent montem, qua parte ab radicibus ad ſummitatem vſque vitifer eſt, deinde ſyluoſus. In apice, vbi phanum Vulcani olim fuerat, cœnobium nunc eſt diuo Aegidio ſacrum, & non procul inde locus ſuppliciorum, vnde Careſij deſpiciuntur. ad ſiniſtrum Moſæ latus, vltra pergentibus apparet*
Mont Ioie. *in excelſa rupe mons Iouis, arx ita nominata, & à Romanis nimirum conſtructa: quæ quidem hoc loco me admonet, vt Gallis malè intellectam regum ſuorum exclamationem*
Mon ioie ſant Denis. *dum prælia ineunt,* Mon Ioie ſant Denis *declarē, quam protuliſſe fertur is rex, qui primus inter Francos Chriſtianæ religioni nomina dedit, & poſteri reges in animandis ſuis ad fortiter præliandum vſurparunt & vtuntur; interpretantur autem: Meum gaudium ſanctus Dionyſius, quod nō ita ſeſe habere vel fœminæ Gallicæ animaduertere deberent, cùm eorum lingua,* ioie, *id eſt gaudium non maſculini aut neutri, ſed fœminini ſit generis, & dicendū fuerat* ma ioie ſant Denys. *non igitur* ioie *hic gaudiū ſignificat, ſed Iouem, quem Galli* Ioue *appellabāt, propterea[que] Clodomirus, inclinata ſuorum acie, cùm inuocando Iouem non proficeret, ad*

ceret, ad Deum Chriſtianorum quem per Galliam Dionyſius, ſiue Areopagita ille, ſiue alius annunciauerat, conuerſus ad ſuos, qui magna ex parte Chriſtiani erant, exclamauit: Siſtite viri gradum, & fortiter pugnate. Mon Ioie ſaint Denis, *id eſt, meus Iuppiter ſanctus Dionyſius erit, hoc eſt, eum deũ relicto Ioue colam, quem Dionyſius prædicauit, & vos adoratis. Quo audito, Galli Chriſtiani alacres in pugnam reuerſi, hoſtes fuderũt, & Clodomirus à diuo Remigio ſancto baptiſmatis lauacro ablutus eſt. Poſtmodũ reges hanc vocem vſurpare volentes, pro Ioue* Ioie *pronunciant, re non bene conſiderata. Quòd autem verum ſit Gallos Iouem* Ioue *ſiue* Ioie *appellaſſe, inde deprehendo, quòd ijdem ipſi Iouios hodie* Ioie *appellitant. Sunt autem Iouij lapilli, quos peregrinantes per vias in cumulos conijciunt, vt ſint recti itineris indices, quales multos per Galliam diuum Iacobum petẽtes vbique videmus, quos Galli* Mont-Ioie *vocant. Eſt & in Eburonibus olim, nunc* Iuliacenſi *Duci parens, arx, in Arduenna ſylua, qua parte* Eyfelt *appellatur, mons Iouis dicta* Mont Ioue, *vt hoc quoque annotarim.*

Poſt Iouis montem Amantium occurrit, deinde Huyum peruenitur, de quo oppido ſuprà dixi: poſtmodum ad oſtium Sabis fluminis vbi Namurra elegans ſanè oppidum & marmore ſubcinericio nobile, hoc quidem Namurcum vulgariter vocant, Namur, *id eſt, nouus m urus.* Amantium. Namurra oppidum.

Iterum de Varuca.

Ad Sabim, vt antea dixi, Labieni caſtra erant loco excelſo in Rhemis & confinio Treuerorum, vbi nunc eſt Labienſe monaſterium; tam latè tum Rhemi & Treueri dominabantur. Refellenda autem eſt hîc eorum opinio qui Varucam exiſtimant alio quàm dixi loco fuiſſe, inter quos eſt D. Lambertus Paſcalis, vti ex inſigni poëta Henrico Glareano accipio, qui non Vatucam, ſed Ratucam legendum putat, vt ſit De Varuca iterum.

oppidulum Hertzog Rodt *inter Aquiſgranum & Iuliacum, nullas enim legiones Cæſar cis Moſam collocauit, ſed omnes vltra Moſam, ita vt altera alteri ſubſidio eſſe & venire intra duos dies poſſet, cùm inter ſeſe plus quinquaginta milibus paſſuum non diſtarent, & magno periculo fuiſſet legio vna, ſi in* Rodt *hyberna habuiſſet, propter Germanos & vicinum Rhenum, à quo vix octo miliaribus abeſt; & item propter Treuiros & Menapios, in quorum finibus hic locus eſt ſitus. Labieni autem hyberna non multum diſtabãt à Neruijs, quapropter ex Samarobrina Cæſar ad illum ſcribebat, & ad ſe accerſibat, vt ſubueniret obſeſſo Ciceroni in Neruijs vno miliari Germanico ab oppido* Oudenard, *in pago cuius nominis nunc non ſum memor, vbi quotidie innumera Romanorum numiſmata & ſimulachra deorum, quorum nonnulla vidi, effodiuntur & eruuntur: quod nequaquam fieri potuiſſet, ſi tam procul fuiſſent Labieni caſtra, hoc eſt cis Moſam in Treuiris. Quòd autem Labieni caſtra ad Sabim fuerint, iterum probatur eo quod Cæſar ſcribat quinquaginta milibus paſſuum à Ciceronis hybernis in Neruijs abfuiſſe, & de Cæſaris victoria per Rhemos Labienum eodem die, imò paucis horis, certiorem factum. ſed libet Cæſaris verba adponere: Interim, inquit, ad Labienum per Rhemos incredibili celeritate de victoria Cæſaris fama perfertur, vt cùm ab hybernis Ciceronis milia paſſuum quinquaginta abeſſet, eoq́ post horam nonam diei Cæſar perueniſſet, ante mediam noctem ad portas caſtrorum clamor oriretur, quo clamore ſignificatio victoriæ, gratulatioq́ ab Rhemis Labieno fieret. Porro Labieni caſtra excelſo & natura munito erant loco, vt eſt Labienſe monaſterium hodie. Vnde rurſum Cæſar: Labienus, ait, cùm & loci natura & manu munitiſſimis caſtris ſeſe contineret, de ſuo ac legionis periculo nihil timebat. & ſtatim poſtea eodem libro:*

Veltzic deſcribitur.

Monaſterium Labienſe.

Cùm

Cùm ex iuſſu Labieni omnes vnum Induciomarum peterent, in ipſo fluminis vado deprehenſus interficitur, caputq́ eius refertur in caſtra. Igitur non ad Moſam, qui hyberno tempore vadoſus non eſt, ſed ad Sabim Labieni caſtra erant, & diſtabant à Varuca quinquaginta milibus paſſuum, quemadmodum Ambiorix apud eundem Cæſarem dicebat hijs verbis quibus illis perſuaſit, vt ſeſe ſuæ fidei committerent. Magnam manum Germanorum conductam Rhenum tranſiſſe, hanc affore biduo, ipſorum eſſe conſilium, velint ne prius quàm finitimi ſentiant, eductos ex hybernis milites, aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere, quorum alter milia paſſuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab his abſit. Rodt quam Ratucam appellare vult D. Lambertus Paſcalis, diſtat à Labienſi monaſterio, vbi diximus hyberna Labieni fuiſſe, ferme centum & amplius milibus paſſuum; à noſtra verò Varuca nō multum ſupra quinquaginta, à qua ſi ad Oudenard in Neruijs rectà proficiſcatur, paulo amplius erit. Non nego maximam partem Eburonum inter Moſam & Rhenum fuiſſe; verùm etiam vltra Moſam terras poſſediſſe, certo certius apparet, ex quo Aduaticis vicini erant; imò & ad Sabim vſque fines eorum protenſos, ex Cæſare non vno loco patet. Præterea Varucam in finibus eorum fuiſſe Cæſar declarat, dum dicit de Ambiorige & Catiuulco loquens libro quinto: Qui quum ad fines regni ſui, hoc eſt ad Varucam, Sabino Cottaq́ præſto fuiſſent, frumentumq́ in hyberna comportauiſſent &c. Et ſi non ignorem fines quandoq; pro regione poni: volebat autem Ambiorix per fines ſuos ad Labienum vel Ciceronem ducere legionem, quoniam vſque ad Sabim ad Moſam dominabatur, vt patet ex Cæſare, dum à Varuca ad vaſtandos Ambiorigis fines ad extremitatem Arduennæ ſyluæ, & ad Sabim proficiſcitur.

in Aeſſuos ad C. *Fabium miſit, vt in Atrebatiũ fines legionem adduceret, qua ſibi iter faciendum ſciebat. erant Aeſſui qui circa oppidum* Aet *habitant, quod ſuperiores Germani* Aes *dicũt. Fabius autem, vt imperatum erat, non ità multum moratus in itinere cum legione occurrit, quod omnino faciendum ex Aeſſuis in Atrebates ire volenti. Ad Labienum item vt veniret in fines Neruiorum ſcripſerat, ſi reipub. cauſa & commodo facere poſſet. M. Craſſum Samarobrinæ præficit. Poſt liberatum Ciceronem legiones circa Samarobrinam retinuit. Et profectò commodiorem locum habere non poterat. neque enim putet quiſquam vrbem Canteracenſem nouam eſſe, aut intra paucos annos in tantam amplitudinem excreuiſſe: eſt certè nobilis illa Samarobrina, de qua ad Trebatium ſcribit Cicero: Vna collocutio noſtra pluris erit, quàm omnes Samarobrinæ. Et in alia epiſtola: O præclara caſtra, quid tu feciſſes, ſi te Tarentum, & non Samarobrinam miſiſſem! Et quodnam amplius dubium eſſe poterit, quum nomen ipſum indicat quod quærimus,* Cambray *Galli, Itali verò* Samberey *dicunt, vide quàm facilè Samarobrinam inde fecerint. Si ex* Amiens *faciunt Ambianos, ex* Beauuais *Bellouacos, quid vetat ex* Samberey *Samarobrinam fieri?* Aeſſui.

DE HANONIA ET BELGIO.

SAMAROBRINA *& tractus Samarobrinenſis, vt de vicina Hanonia nonnihil dicam, me admonent, de qua multi intra non adeò multos annos multa ſcripſere, in Troianos ciuitatum origines referentes, & ab Hannone duce Hanoniam denominatam putantes; quæ quoniam fabuloſa ſunt, miſſa nunc facimus, & quod verius apparet oſtendemus. Nemini ex ijs qui hiſtorias paulo accuratius legerunt, non notum eſt, bonam partem Galliæ Belgicæ à Germanis*

manis & occupatam fuiſſe & adhuc hodie eſſe, linguamq́; Germanorum retinere. Hanonia verò diutius habitata à Romanis propter ſitus commoditatem & terræ fertilitatem, Romanè loqui cœperunt, & hoc tempore Romanè loqui dicuntur, licet in linguam Gallicam degenerauerint. Hania flumen à quo Hanigau. *Germani igitur olim terras incolentes, quæ Haniæ flumini adiacent, quod apud oppidum Condatum influit in Scaldem, totum eum tractum etiam hodie* Hanigau *vocarunt, id eſt ſi interpreteris, Haniæ ager. Poſtmodum Galli Hannones pro more ſuo conciſis duabus litteris i & g* Hanau *pronunciarũt, vti & adhuc pronunciant. Deinde qui Latinè eam dicere voluerunt, Hanauiam appellarunt. Indoctus verò quiſpiam legit Hanoniam, & præualuit inſcitia. Terra eſt amœna & fertilis, ad hæc equitatu plurimum valens. His temporibus Burgundus paret ſub Palatinatus titulo, eo quòd Comites Palatini eam nuper cum Zelandia & Hollandia poſſederunt. Sub Hannonia comprehenſa eſt bona pars Galliæ Belgicæ, præſertim ea quæ peculiari vocabulo* Belgium. *Belgium appellabatur, in qua ſunt reliquiæ maximæ quondam vrbis Bellouacorum, non eius quidem quæ eſt prope Rhemos & Sueſſonas, de qua ſuperius dixi, ſed huius quam Hannonij* Bauais *appellant, truncatim omnia pronũciantes, cùm* Beauais *dicere deberent.* Beau *enim Gallicè ſiue* Bau *Hannonicè, Bellus Latinè dicitur. A Germanis* Belgau *iſtud oppidũ appellatũ, puto & à Romanis Belgium, ſi quod fuit eius nominis oppidũ, dubitari enim poſſe videtur, an Cæſar Belgium pro regione aut oppido ponat. Non exiſtimo autem oppidum Belgium ſiue Bellouacos, ſiue vt hodie vocant, Bauacum, Cæſaris temporibus admodum potens fuiſſe, ſed media tempeſtate ſub diuo Conſtantino: ad quod credendum coniecturam facio ex numiſmatibus, quæ quotidie effodiuntur innumera Conſtantini imagine ſignata,*

& 1iæ

& via à Brunehilde regina ſtratæ. Mira de hoc oppido referunt Hannonij ſcriptores, quæ quoniam fabuloſa veriſsimè ſunt, volens prætereo; neque enim Hannoniæ hiſtoriam texere eſt animus: vnum reticere non poſſum, quoniam Belgij mentio ad hoc me rapit. Opinatus ſum ſemper Belgas ſiue Belgarium vocabulum eſſe Germanicum, ideo quia Germani Gallos & Italos Walhen *& nonnulli* Wælgen *appellant. Scimus autem duplex huiuſmodi Vu Germanicum ab Italis vel in ſimplex V vel B mutari ſolere, neq; aliter ipſum exprimere poſſe, & inde pro* Wælgen Bælgen *dixiſſe, & dehinc Belgas eam Galliæ partem, quæ eſt inter Sequanā & Rhenum, appellaſſe, quia Germani incolæ illam ita nominarint. Hoc ipſum confirmat Auſonius poëta Gallus in Narbone, vbi inquit:*

Vſque in Teutoſagos, Germanáque nomina Belgas
Totum Narbo fuit.

Aquitaniæ nomen Galli mirum in modum hoc tempore abbreuiant, Quienne *ſiue* Guienne *dicentes. De Celtis nihil habeo modò quod dicam.*

Quoniam crebræ Germanorum in Galliam Belgicam tranſitiones factæ leguntur, non ab re fuerit indicaſſe Oſos reliquos Germanos imitatos Eburrones quoque appetiuiſſe ex Oſcenburgo Weſtphaliæ oppido profectos, & oppidum Oſenkirchen *incoluiſſe, quod eſt nunc in Gugernis, ſiue Iuliacenſibus, non procul à Marcoduro. Addam & hoc, Gungernos Romanos, quos hodie* Gulchern *nominamus, vocitaſſe, & aduerte quàm penè idem ſonet vtrunque nomen.*

FINIS.

INDEX

INDEX VERBORVM ET RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HVBERTI THOMÆ LEODII COMMENTARIO HABENTVR.

ABbatiæ quatuor Leodij 97.
Aduatici vbi 108.
Aduaticum Tungrorum ibid.
Aeſſui populi circa opp. *Aet* habitantes 137.
Aet oppid. Germanicè *Aes* ibid.
Alhora vicus 81.
Amantium opp. 133.
Ambiani opp. Gallicè *Amiens* 136.
Ambiorix vulgari voce *Hambrim* Germanicè *Emrich* 82.
Ambiorix & Catiuulcus Eburonum reguli 82.
Ambiorigis ficta oratio 83.
Leodij conditor 91.
Varuca victoria ſublatus Neruios & alios inſtigat vt Ciceronis hiberna opprimant 99.
Ambluaria fluuius 97.
Anſuarij 122.
Antium pagus 87.
Arduenna ſylua 97. & 103.
Aſciburgium oppidum, hodie *Aſchelburg* 93.
ab Vlyſſe conditum & ab eo Akrineriton appellatum 94.95.
B*elgen* pro *Vuelgen* dici 139.
Bathauia duplex 117.
Bauais Hannoniorum pro *Beauau*, Germanis *Belgau* 138.
Bech vicus 117.
Belgas ſiue Belgarium vocabulum eſſe Germanicum cur auctor opinetur 139.
Belgium dicitur bona pars Galliæ Belgicæ 138.
Belgium opp. ſiue Bellouaci, ſiue vt hodie vocát Bauacum 138.
Bethaſij vel potius Bechaſij pop. 116. & 118. eorum mentionem facit Cicero 118.
Bibrax, hodie *Braine* 136.
Bratuſpantium oppid. Bellouacorum 136.
Brunehildis viæ 139.
Buren oppidum 85.
CÆreſi ſiue Cærei pop. 84.
Cæſaromagus 136.
Cameracum oppidum, factum ex Samarobrina, *Cambray* Gallicè, *Sambery* Italicè 137.
eius antiquitas ibidem.
Campanus & Iuuenalis primores Tungrorum 77.
Canonicorum octo collegia Leodij 97.
Capremons opp. à Nogero Leodiorum Antiſtite captum & ſolo æquatum 125.
Careſæi 123.
Carolus Burgundio Diui Caroli v. Imperatoris proauus maternus 115. quàm immaniter Leodienſes tractarit ibidem
Carolus v. Imperator princeps manſuetiſſimus 98. & 115.
Caſtellum opp. ad Moſam 119.
Caſtellum Menapiorum metropolis, hodie *Keſſel* ibidem
Catiuulci regis Eburonum mors admiranda 104.
Centrones pop. *Centron* 99.
eorum oppidum falſo à S. Trudone denominatum ibid. Nicolai Nickmanni patria 129.
Cery arx à Cardinale à Marcka reſtituta 84.
Chamaui pop. 121.
Ciceronis caſtra ſiue hiberna vbi 134. oppugnátur 109. & 110. ſed ſtrenuè defenduntur 111.
Ciceronis fons, vulgò Ricceronis 92.
Clodomirus rex Galliæ à diuo

Remigio baptizatur 133.
Cœnobium D. Aegidij 132.
Condatum oppid. 138.
Condruſi pop. *Condrotz* Gallicè 84. & 106. eorum regio Arduennæ ſyluæ pars 107.
Caput eſt Hoium oppid. 106.
Cottæ fons 92.
Couini populi vnde dicti 123.
Craſſi hiberna vbi fuerint 136.
D*iepenbech* vicus 117.
Diocleſiani cum Druide colloquium 78.
Dionantum oppid. 106.
Condruſorum emporium meritò appellandum ibid. à Carolo Burgundione ſolo æquatum & ab Erhardo à Marcka poſtea reſtitutum 107.
Dione idem oppid. 131. ibi Diones Veneris templum ibid.
Druis quædam mulier prædicit Diocleſiano Imperium 78.
Durocotorum ciuitas Rhemorum Ptolemæo 136.
EBura oppidum 84.
Eburones, qui nunc Leodienses géte & numero Germani 80. eorum ſedes ibid. etymon ſiue nominis origo ibid. calamitas ſub Cæſare & Ambiorigis perſecutione 107. iterum Tungros ſeſe nominant 114. poſt Ambiorigis & Catiuulci mortem prælidi Galliæ à Romanis impoſito parent 116. eis ſoli ſui bonitas ſemper obfuit 121.
Eccleſiæ parochiales triginta duæ Leodij 97.
Eccleſias conſtituere quid ſit 79.
Emrich Germanicè idem quod Ambiorix 82.
Erhardi à Marca Cardinalis & Antiſtitis Leodienſis encomia 121. & 122.
Eyburen, Eyorum ruſtici 80.
Eyſelt, Eyorũ campus 80. & 133.
FAbij caſtra quo loco fuerint 137
Fines quandoque pro regione poni 135.
Fleronum nobilitas 124.
Florenæ patria Remacli poëtæ & patris auctoris 129.
Fontis Tungrorum deſcriptio 77.
Foreſt d'Ardaine Gallicè, Arduenna ſylua Latinè 131.
Forma muri Gallici olim 84.
Francimons arx præclara 120.
GAlliæ Belgicæ bona pars linguam Germanorum retinet 137. & 138.
Germani vnde dicti 75. & 76.
Germani veteres vicos incolebant non muris ſed aggere munitos 84.
Giſibertus Dux Lotharingiæ 125.
Grudij 99.
Guienne ſiue *Quienne* pro Aquitania Galli dicunt 139.
Gunduni qui & Gandaui 99.
Gungerni, quos hodie *Gulchern* nominant 139.
Grunius Troianus Groningæ in Phryſijs conditor dicitur 131.
Groningæ templum mirandi operis ibidem.
H*Ambrou* pagus ab Hambrim qui & Ambiorix 82.
Hania flumen 138.
Hanigau Germanicè. i. Haniç ager, Gallicè *Hanau* contractè: Latinè Hanauia: pro quo perperam Hanonia factum eſt 138.
Hanoniæ etymon etiam vide pag. 137. cur Palatinatus titulo inſignita 138.
Hanones hoc tempore adhuc Romanè loqui dicuntur 138.
Harſtallum & Iupilla Pipinorum regiæ 96. & 123.
Haſſeit oppidum nouum 117.
Hegau ſiue *Egau* 80.
Henricorum patris & filij Imperatorum prœlium 120.
Hertzog Rodt oppidulum 134.
Heſbanicus ager 97.
Hey ſiue *Ey* 80.

Hubertus

Hubertus Aquitanicus vetus Leodium reparauit 96.
Huberti Thomæ Leodij natales 124 & 129.
Huyum op. 98. caput Condruſorum 106. ab Huyo fluuio idē nomen retinens ibidem. Benefacta quandoq. appellata ibid.

IEcora fluuius 75.
Iemeppia vicus amœniſſ. 84.
Ioue ſiue *Ioie* Iouem Galli appellant 133.
Iouij lapilli, Gallis *Mont ioie* ibid.
Iupilia & Harſtallum 96. & 123. arx & regia Pipinorum 123.

K*leuermont* caſtellum quod & Capremons 125.

LAbieni caſtra ſiue hyberna vbi nunc Labienſe monaſterium 90 133 & 134.
Labienſe monaſterium 135.
Lamberti Paſchalis & aliorum de Varuca opinio refellitur 133.
Lapides nigri iuxta Leodium effoſſi calidiſſ. ignem præbēt 98.
Legia fluuiolus 87.
Legia olim, nunc Leodium, à legione ibi cæſa 91. 92.
Leuaci pop *Leuen* vel *Leuues* 9.
Leodes Oenopis Ithacenſis filius 93. inter procos Penelopes apud crateras & pocula ſemper ſedebat 95. ab Vlyſſe interficitur ibidem.
Leodij vrbis nomenclatura 91. & 93. eius conditor Ambiorix ibidem. eiuſdem ſummaria deſcriptio 96. & ſeq. vrbs maxima 75. eius mœnia Oceanus adluiſſe dicitur ibidem. ciuitas Lotharingiæ 125. B. Lamberti martyris patrocinio inclyta, & ſtudiis literarū & doctis viris apprimè famoſa 125. 126. & 1 8. a Carolo Burgundione miſerè vexata & tantum non excisa 115. & ſæpe antea tam à vicinis quàm à peregrinis vexata 121. tandem verò ſub principe Erhardo à Marca Cardinale 30. annos pace potita ibidem.
Leodienſis agri vbertas & præſtantia 97. 98.
Leodiorum annales reprehenduntur 105.
Leodienſes dediti poculis & bibaces 95. ars bibēdi apud eos non inter vitia ſed inter primas virtutes annumeratur 95. Iniū itē cupidiſſ. & aduocatis procuratoribusque deditiſſimi 126.
Lintzium oppid. 118.
Litta 125.
Lobienſe monaſt. ad Sabim 90.
Loca quædam ad Moſam ſupra Leodium Romanam præ ſe ferentia originem 132.
Lotharius eius nominis primus Romanorum Imperator 124.
Lotharij regnum *Lotreich* Germanicè: & *Lotregne*, contractè *Lorraine* Gallicè 124.
Lothoringia arx & opp. & vnde dicta 124.
à *Lui* dictiones Germanicè incipientes, in *Lei*, Latinè conuertuntur, vt *Ludger* Leodegarius: *Luitich* Leodium: *Ludpolt* Leopoldus 93.
Ludouicus Borbonius Epiſc. Leodienſis à Carolo Burgundione infeſtatur 115.

MArmor nigrum in Condrutiis 107.
Marina 125.
Maſack pagus 118.
Maſeck oppid. ibidem.
Maſaci ſiue Marſaci vbi 118.
Maſacū Rutgeri Reſeij patria 129.
Maſtreicht .i. Traiectum Moſæ 128.
D. Materni vitæ ſcriptoris mira ſomnia 105.
Menapij nunc Iuliacenſes, Geldrenſes, & Cliueuſes 102. eorum paludes ibidem.
Mons Iouis, *Mont Ioie* Gallis 132. & 133.

Mon Ioie ſaint Denis exclamatio Regum Gallorum dum prœlia ineunt, hactenus malè intellecta 132.
Mortuos ſepeliendi mos Rom. 77.

NAmurra, Namurcũ *Namur* id eſt nouus murus 133.
Nogerus Leodiorum Epiſcopus ex Capremontis manubiis Canonicorũ collegium inſtituit 126.
Nouiodunum *Noyon* 136.

OEnops Ithacenſis Leodium ex filij ſui nomine condit 94.
Oſos ex Oſenburgo oppido Weſtphaliæ profectos *Oſenkirchen* incoluiſſe 139.

PAlatij Epiſcopi Leodienſis præſtantia & laus 98.
Pemani pop. 84.
Pertinax à Tungro milite interfectus 77.
Petroſius mons à L. Petroſidio aquilifero denominatus 90.
Phoros vicus 121.
Pleumoſij qui & Cortracenſes 99.
Pons Rheno impoſitus à Cæſare infra Bonnam 103.
Pons Traiectenſis marmoreus 127.
Pruimenſes monachi 128.
Publius mons 132.

QVienne vel *Guiennè* pro Aquitania Galli vocant 139.

RAſo à Vatuca vir clarus, Varucam ferè dirutam reſtituit 81.
Ratucam pro Vatucam legendum putat Glareanus 134.
Rimalia 118.
Rinuci vel Runici, ac de vtriuſque vocis lectione 117. 118.
Romanorum prima clades apud Varucam 82. 86. & ſeq. ſecunda 109.
Runckenlandt 118.

SAbinia ſiue Sauinia via à Sabino ibi cæſo 89. & 90.
Sabis fluuius 107.
Samarobrina quæ nunc Cameracum 131. 136. ciuitas Ambianorum Ptolemæo 136. Ambianos non eſſe 136.
Schonbech 117.
Segni pop. Signacum quod in Condruſis eſt inhabitant 104.
Sicambri pop. qui & Sygambri in vetuſtis codicibus, *Sygemberger* Germanicè 129. eorum ſedes 109. & 129. nomen Romanis formidabile 130. quare feroces ab Horatio vocentur ibidem. an ad Troianos ſuam originem referre poſſint ibid.
Sygem oppid. & fluuius 129.
Sygemberg cœnobium à Sycambris denominatum 129.
Sygemburg vrbis & arcis ruinę 129.
Signacum oppidum vnde dictum 105. Gallicè *Siney* ibidem.
Spei ſimulacrum 126.
Stockheim arx ab Erhardo à Marca inexpugnabilis reddita 122.
Sueſſones pop. & opp. 136.
Sunſich opp. 118.
Suſatum oppid. Ptolemæo Suſudata 117.

TAuſius Tungrus miles, Pertinacis interfector 77.
Taxus arbor & eius facultates 104.
Q. Titurius Sabinus & L. Aurunculeius Cotta cæſi eo loco vbi nunc eſt Leodium 87. & ſeq.
Toxandri olim, nunc Viſeũ opp. 120. & 122. circa eam plena antiquitatum omnia 122.
Traiectum inferius quod & Vtricetum 128.
Traiectum Imperiale & nobiliſſ. municipium 75. & 127. vnde dictum 128. Velburgum aliquando appellatum 127.
Trect Germanicè pro *Traiect* ibid.
Tungaris Troianus Dux & Tungrorum conditor 131.
Tungri primi ex Germanis Galliam occupant 75. eorum oppidum ibid. 79. Octauia quondam dicta 79. ibidem fons & ſacel-

ſacellum Herculi ſacrum 78. apud Tungros imperium auſpicatus eſt Diocleſianus ibid. longè lateque imperarunt 71. ab Hunnis vaſtati 115. Præſidi Galliæ poſt Ambiorigis mortem parent 116.
Τοῦγγροι reponendum apud Strabonem pro Τρουόγγροι 127.
Tungrorum cohortes II. & IIII. equitum turmæ in Italia militarunt 77.
Tungerheym vicus 79.
Tungerlo 78.
Tungerſe oppid. 79.
VAriana clades 77.
Varuca caſtellum non procul à Leodio diſtans, quam alij perperam Vatucam 81. & 133. eius Dynaſtæ graue bellum aduerſus Auenticos geſſerũt ibid.
Vbij qui & Colonienſes 102.
Velburgum nunc Traiectum ad Moſam 127.
Veltgue deſcribitur vbi caſtra Ciceronis dicuntur fuiſſe 134.
Vercellæ 92. 129.
Veſa fluuius 97.
Viſetum ad Moſam oppid. olim Toxandria dictum 120.
Vlyſſes Aſciburgium condit Akrineritumq; nuncupat 94. & 95.
Vta fluuius 97.
Vu duplex Germanicum ab Italis in V. ſimplex vel B. mutari ſolitum 139.
Vuelben & *Vuelgen* à Germanis Galli & Itali appellantur 139.
XAnthum opp. 131. malè à quibuſdam Vetera caſtra ibid.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTERIO EMANUELE